CATALOGUS PLANTARUM CIRCA *CANTABRIGIAM* nascentium:

In qua exhibentur
Quotquot hactenus inventæ sunt, quæ vel sponte proveniunt, vel in agris seruntur;

Unà cum
Synonymis selectioribus, locis natalibus & observationibus quibusdam oppidò rarís.

Adjiciuntur in gratiam tyronum,
Index Anglo-latinus, Index locorum, Etymologia nominum, & Explicatio quorundam terminorum.

CANTABRIGIÆ:
Excudebat *Joann. Field*, celeberrimæ Academiæ Typographus.

Impensis Gulielmi Nealand, *Bibliopolæ.*
Ann. Dom. 1660.

Præfatio ad Lectorem.

CUm nobis plurimùm valetudinariis, corporis animíque causâ, à ſeverioribus ſtudiis ſubinde quieſcendum, & vel equitandum eſſet vel deambulandum; ferè neceſſarium fuit, vacuis præſertim & otioſis, quæ continuè ob oculos verſabantur, quáſque toties pedibus calcavimus, plantarum varietates & elegantias, polydædala artificis *naturæ* opera, obiter nonnunquam contemplari. Queis ſemel attentiùs ſpectatis, non ſuſtinuimus ea diutiùs ſicco prorſus pede præterire, & omninò contemptim ducere. Splendidus nempe vernantium agrorum ornatus amæno ſpectaculo nos primùm invitavit & detinuit; figurâ deinde ſtirpium ſingularium, colore, totâque adeò externâ ſpecie concinnâ & decorâ mirificè plerumque delectabamur. His dum ſæpiùs intenti oculos paſcimus, animos exhilaramus, paulatim ſeſe nobis inſinuavit *rei herbariæ* ſtudium; magnúmque protinus

in eo proficiendi desiderium & ardorem concepimus. Ingentem quippe voluptatem solitariam, tranquillam & innocuam exindè nobis pollicitabamur. Excutimus mox *Academiam*, circumspicimus, & studiosè quærimus præceptorem quendam & mystagogum, qui nos instituat primùm & quasi manuducat, ingentis id beneficii loco habituri. Verùm inter tot eruditorum principes, inter tot literarum lumina, mirum dictu, neminem invenimus qui nobis viam præire, nobis facem præferre potuit, neminem qui *Botanicen* penitiùs hauserat, vix unum & alterum qui vel primoribus labris deguſtârat. Facilè tunc præsagiit animus, quàm insuperabiles penè in hoc stadio decurrentibus obstituræ essent difficultatum moles, quàm inextricabiles forent viarum anfractus, quanto demùm tempore & sudore nobis constituri vel mediocres in ea disciplina profectus, cujus plena & accurata cognitio periti nomenclatoris ἐξηγητοῦ ductu & auxiliis, maximo utriusque compendio, nullóque

nullóque ferè negotio possit obtineri. Quid in hoc casu nobis agendum fuit? Num ardorem isthunc deflagrare permittendum, & aliò divertendum? Nullo modo. Puduit sanè nos piguítque, quoties animadvertimus potissimam hanc *naturalis Philosophiæ et historiæ* partem, communi vitæ adeò utilem & tantùm non necessariam, cùm aliæ omnes scientiæ & ingenuæ disciplinæ apud nos florerent & illustrarentur, solam jacere neglectam & incultam. Quocirca, si non ingenio tamen otio abundantes, nullam mediocritati nostræ compendiosiorem viam ad bene de hac *Academiâ* merendum patere arbitrabamur, quàm si defectum hunc, quantum in nobis esset, supplere conaremur, & ab aliis omissam & insuper habitam *Phytologiam* excoleremus. Indulsimus igitur liberiùs genio nostro in hæc studia satìs proclivi, raram scilicet in eo felicitatem adepti, quòd & voluntati nostræ obsecundare, & aliorum unà commodis inservire nobis contigisset: Atque his rati-

onum momentis validiùs impulſi, quamvis ſubſidiis externis deſtituti, laborem omnem & tædium facilè devoravimus, inſtitutúmque pertinaciter urgemus, partim varia *ſimplicium* genera undique conquirendo, iíſque hortulos noſtros inſtruendo, præcipuè agros *Cantabrigiæ* circumjacentes crebrò inviſendo & perluſtrando; nè quos ſponte offert *natura* theſauros contemnere videremur, & importuno novitatis ſtudio, in extraneis lyncei evadamus, domi cæcutiremus. Indefeſſo tandem conatu, pleraſque difficultates proprio Marte expugnavimus, ſalebráſque & ſcopulos prætervecti quod voluimus conſecuti ſumus. Neceſſarium quippe nobis fuit, initio integra volumina evolvere, & plantas in agris noviter inventas cum iconibus conferre; & ſiqua fortè, primâ facie, inter ea ſimilitudo appareret, etiam ad deſcriptiones attendere. Tandem uſu peritiores facti, cùm in plantam ignotam fortè incidimus, cogitavimus primùm ad quam tribum & familiam pertineret,

vel

vel commodè reduci posset (quod postquam in *Phytologia* aliquandiu versati fuimus, ex similitudine, & notis quibus cum congeneribus conveniret, obvium nobis fuit investigare) & inibi imprimis eam quæsivimus, magno hac in parte jam labore levati. Ex hoc tempore invasit nos vehemens desiderium aliorum etiam studia promovendi, siqui pariter, *rei plantariæ* amore tenerentur, nè laboris minùs patientes fatiscerent longâ difficultatum serie deterriti, quâque his ratione commodissimè inservire possimus solicitè considerabamus. Cùm enim studiorum quisque suorum nimìs diligens sit, iísque fortè plus justo faveat, & nos pariter, nec diffitemur, ad nostra promovenda sponte naturæ ferebamur. Cúmque virorum ingeniosorum familiaritatem & amicitiam magni semper fecerimus, ad eam conciliandam nihil conducibilius visum est, quàm ut studiis ipsi nostris (sit verbo venia) lenocinemur, nihil ad plures demerendos & obnoxios reddendos efficacius, quàm ut *Catalogum* omnium

omnium quæ nobis inventæ ſunt in *agro Cantabrigienſi* plantarum in lucem emitteremus. Quippe quòd firmiſsimum ſit ſocietatis & amicitiæ vinculum ſimilitudo ſtudiorum.

Scilicet ingeniis aliqua eſt concordia junctis:
Et ſervat ſtudii fœdera quiſque ſui.

His diu deliberatis, poſt integrum demum ſexennium ex quo huic diſciplinæ operam dedimus, opuſculum hoc ſeriò aggreſſi ſumus, in quo elaborando adornandóq; ferè triennium conſumpſimus. Interea temporis fatis conceſſit amiciſſimus ille noſter & individuus comes, Vir de Republica literaria optimè meritus, antiqua fide & ſinceritate, ſingulari animi ſimplicitate & candore, vitæ probitate & innocentiâ, nec vulgari morum comitate & modeſtiâ conſpicuus, *D. Joannes Nid*, Collegii *S. et individuæ Trinitatis* apud *Cantabrigienſes* Socius ſenior meritiſſimus, cujus præcipuæ in hoc negotio partes, & ſumma fuit induſtria, cuique potiſſimùm *Lector* debet obſervationes

vationes operi intertextas. *Multis ille bonis flebilis occidit, Nulli flebilior quàm nobis.* Verùm quoniam ante ejus obitum libellus ad umbilicum penè perductus eſt, quamvis graviter perculſi tali caſu, non tamen penitus deterriti, nè Academia beneficio quantulocunque fraudaretur, & pollicitationibus noſtris amici ſe fruſtratos quererentur, & ut chariſſimi capitis memoriæ perenne monumentum extrueremus, operi ſtrenuè incumbimus, & tandem, bono cum Deo, laboribus omnibus feliciter defuncti, illud prelo ſubjicimus.

Jam, quoniam honeſtum eſt fateri per quos profeceris, generoſiſsimi Juvenes, *D. Franciſcus Willughby* & *D. Petrus Courthope* Armigeri, natalium ſplendore, ingenii ſublimitate, ſuavitate morum, fide, virtute illuſtres, non *rei* duntaxat *herbariæ* callentiſsimi, ſed in omni literarum genere verſatiſsimi, amici noſtri plurimùm honorandi, non ſunt à nobis ſilentio tranſmittendi, ni ingrati & arrogantes eſſe velimus. Horum operâ

nos

nos ſæpiùs uſos, & ab his non mediocriter adjutos fuiſſe in hoc opuſculo concinnando, liberè & ingenuè profitemur. Reſtat ad faciliorem mentis noſtræ & rerum in ſequenti *Catalogo* traditarum intelligentiam, *amice Lector*, ut in quem præcipuè ſcopum collimavimus, quâ methodo uſi ſumus, quídque in *ea* præſtitimus, tibi paucis aperiamus. Et quod ad generalem ſcopum attinet, erat is illuſtratio gloriæ Divinæ in operibus naturæ ſeu creationis recognoſcendis. Huic ſuccedit *Almæ Matris* noſtræ *Cantabrigienſis Academiæ* fama, quæ apud exteros minuatur neceſſe eſt, ſi hac in parte literatura apud nos claudicaret. Demum uſus vitæ communis, & utilitas quæ exinde nonnulla ad plures redundare poſsit. Methodum per totum non aliam ſumus ſequuti, quàm quæ indici convenit, plantarum ſcil. nomina ſecundùm Alphabeti ordinem digerendo. In ſingulis verò plantis ſequentes obſervavimus regulas.

1. Nomenclaturas quatuor autorum, qui

qui vulgò jam apud nos omnium manibus teruntur, viz. *J. Bauhini, C. Bauhini, Gerardi et Parkinſoni*, ubi haberi potuerunt, ſemper adhibuimus.

2. Aliorum ferè autorum appellationes negleximus, niſi characteriſticum & diſtinctivum aliquod & emphaticum continerent, aut vulgò jam receptæ omnium ſermone frequentarentur, aut Antiquorum eſſe dicerentur; adeò ut in aliquibus plantis Synonymiarum collectio deſcriptionis locum ſupplere poſsit. Synonyma plerunque, cùm Autores ipſi ad manum non fuêre, è C. Bauhini pinace, aut J. Bauhini hiſtoria deſumpſimus.

3. Ubi plures autores eodem nomine plantam aliquam inſigniunt, additis tamen diſtinctionis causâ aliis atque aliis epithetis, prout cuique commodum videbatur, primo loco nomen ponimus, ídque literâ majuſculâ incipimus, ut ab epithetis dignoſcatur; ſecundo & deinceps omittimus, additis ſolùm epithetis. ut v. g. in Abrotano, primò *Abrotanum* majuſculâ

majuſculâ incipiendo, ſcribimus *Abrotanum campeſtre* C. B. deinde omiſſo Abrotano & ſubintellecto, ponimus *ſylveſtre vel quartum* Trag. literâ minuſculâ incipiendo, & ità deinceps, donec ad aliud nomen devenimus, ut hîc v. g. *Artemiſia leptophyllos* Geſn. hort. quod rurſus majuſculâ inſignimus. Et nequa confuſio aut obſcuritas indè oriatur, rariſsimè ultra unicum vocabulum hoc modo ſubintelligendum relinquimus.

4. Loca *Anglicè* deſignavimus, quoniam id & nobis facilius erat, & Lectori clarius futurum ſit, neque enim extraneis, *Anglicè* neſcientibus, locorum particularium cognitio ulli uſui eſſe poteſt.

5. Dedimus etiam deſcriptiones nonnullarum, quæ vel ab aliis non ſunt editæ, vel ſaltem obſcurè & confuſè deſcriptæ, & (ut Ariſtoteles de ſuis Phyſicæ libris ſcripſiſſe perhibetur) ἐκδεδομέναι καὶ μὴ ἐκδεδομέναι.

6. Tandem, Obſervationes in quamplurimis adjecimus, non temere & ſine delectu unde unde conquiſitas, ſed vel proprio

proprio experimento comprobatas, vel graviſsimorum autorum fide & teſtimonio nixas, vel ex ſe ſatis credibiles & veriſimiles: unde, ni ſpem noſtram eventus fruſtretur, fructum aliquem aut voluptatem *Lector* percipiet.

Huic operi, quod præcipuè intendimus, & alia quædam ſubjunximus, Primò, in gratiam tyronum Indicem plantarum, in quo nomina Anglica Latinis præpoſuimus. Secundò, Indicem locorum aliquot *Cantabrigiæ* adjacentium, cum plantis voluntariis quæ inibi creſcunt non paſsim obviis. Tertiò, Nominum quorundam Etymologias & rationes. Ultimò tandem, terminorum & vocum generaliorum interpretationem, cum præcipuis & uſitatioribus plantarum capitibus & diviſionibus.

Hæc ſunt, *amice Lector*, quæ tibi in hoc opuſculo præſtitimus: in quibus licèt ſummam diligentiam adhibuimus, noſtræ tamen tenuitatis conſcii, non dubitamus quin alicubi ratio nos fugiat, & plurima in hoc libello emendanda ſuperſint,

sint, licet jam aliquoties ad limam à nobis revocatus sit. Quòd si facilis veniam des, inceptis clementer faveas, & hosce qualescunque conatus boni consulas, animos nobis addes ad majora aggrediendum: quin & pollicemur nos de cætero cautiores futuros, nè quid judicio tuo & censuræ publicæ submittamus, quod non *multa dies et multa litura coercuit*: nam in præsentiarum ideo festinandum duximus, ut extinctum pænè & intermortuum *Botanicæ* studium quamprimùm revocare queam⁹ & ἀναζωπυρεῖν.

Quin & aliud lucrum ex nostro hoc incepto Reip. literariæ accessurum speramus, nimirum ut alii æmulatione nostrî, sui quisque soli, spontaneas stirpes studiosiùs perveſtigent, ut ità tandem *Phytologia Britannica* omnibus suis numeris evadat absoluta. Et quod ad *Cantabrigiensem comitatum* attinet, non dubitamus, quin & aliæ plurimæ plantæ, præsertim quæ alibi in Anglia frequentissimæ & fere ubique obviæ sunt, alicubi in eo sponte oriantur, quamvis in eas nondum incidi-

incidimus; tales sunt *Digitalis purpurea*, *Scorodonia*, *Ruscus*, *Dryopteris*, *Erica tenuifolia*, &c. quas & nos propediem reperturos speramus. Sunt & nonnullæ ex his quas recensuimus v. g. *Juglans*, *Betulus*, *Helleborus*, *Rhaphanus rusticanus*, *Papaver*, *Bistorta*, &c. quas sponte primùm non emersisse suspicamur, sed casu aliquo & ex accidenti in locis quæ memoravimus seminatas esse. Insuper rogamus, nè succenseant statim & mendacii crimen nobis impingant studiosi, si fortè in locis memoratis aliquot à nobis exhibitas species desideraverint. Namque ut illud frequenter contingat necesse est, cùm multæ annuæ sint & casu aliquo se non reseminent, aliæ à jumentis & feris corrumpantur, aliæ denique à rhizotomis penitus exscindantur & auferantur.

Dedimus rationem operis, eáque absolvimus, quæ ut *Lector* sciat, vel suâ vel nostrâ interesse putamus: supereſt ut *Academicos* quibus Deus otia fecit, genium̃que & ingenium propitius indulsit,

vehementer hortemur, ut ſtudiis aliis non neglectis quidem ſed pauliſper intermiſſis, naturam ipſam inſpicere & ampliſſimum creaturarum volumen evolvere conſueſcant, ut proprio experimento potiùs quàm ex alieno cerebello incipiant ſapere; ſpeciatim ut plantarum folia legere, & characteres floribus & ſeminibus impreſſos interpretari ſtudeant. Non eſt ut quiſquam ſtudium hoc infructuoſum & inutile futurum vereatur; nam ut *P. Laurembergii* verbis utar, nihil in hoc "mundani ſyſtematis ambitu continetur, "quod vel ampliore commodo & pro- "ventu beet humanam vitam, vel pleni- "orem voluptatem objiciat tum menti "tum mentis miniſtro corpori quàm di- "ves vegetabilium penus, rerúmque è "terra naſcentium copioſiſſima & max- "imè varia ſupellex: & paulo poſt, Aio "à plantis hominem accipere pleraque "omnia quorum vitæ indiget uſus, ſeu "vivendum ſit ſimpliciter, ſeu com- "modè, ſeu voluptuoſè. Nimirum "humana imbecillitas opus habet *cibo*,

potu,

"*potu, medicamentis, amictu, habitatione,*
"*ſupellectili, navigiis, oblectamentis ſen-*
"*ſuum et animi.* Nihil horum eſt quod
"plantæ nobis de ſuo penu non largian-
"tur; nihil cujus poſſeſſionem iis non
"feramus acceptam; ut ille ſingula per-
"currendo luculenter demonſtrat. Ve-
rùm concedamus, quòd, prout nunc ſunt
res humanæ, hujuſmodi ſtudia nec ad o-
pes cumulandas, nec ad hominum grati-
am conciliandam magnopere conduc-
cant, attamen neſcimus an ulla ingenuo
homine vel dignior vel delectabilior oc-
cupatio ſit quàm pulcherrima *naturæ* o-
pera contemplari, adeóque infinitam
Divini opificis ſapientiam ſimul & boni-
tatem celebrare. Nec tamen cuiquam
autores ſumus, ut ſe totum hisce ſtudiis
mancipet & devoveat, ſed ut obiter dun-
taxat ſalutet, eóque animi cauſâ non nun-
quam divertatur, ut inter exercendum ſe
aliquid condiſcat, néve permittat ut ulla
pars vitæ omninò vacua elabatur. Nec
dubitamus quin ſtudioſæ juventuti vo-
luptabilis futura ſit herbarum venatio,

ſiquidem plures novimus generoſos & nobiles, *Collegii Trinitatis* alumnos, quibus ea res tum corporis exercitium præbuit, tum animi oblectamentum. Interim tamen & illud novimus, quòd non omnes capiantur aſpectu florum aut pratorum vernantium, vel ſi capiantur eſt aliquid quod magis delectat. Alii ſphæriſterio, alii potando, ludendo, pecunias cumulando, hominum favorem conciliando delectantur, atque pro his ſe negotiatores diligentiſſimos præbent totos. His quia aliud eſt quod agant *Phytologias* non ſcribimus; ſed centum Pythagoræis epulas paramus, veræ nempe Philoſophiæ deditis, quibus *natura benigna Et meliore luto finxit præcordia Titan*, quibus non tanti eſt autorum placita pernoviſſe, quàm ipſam naturam rerum propriis oculis intueri, & auribus ejus vocem haurire; qui vera mallent ſcire quàm multa, & ad uſum potius quàm ad pompam duntaxat comparata: Atq; horum uſibus præcipuè, ſecundùm Dei gloriam, & præſens hoc opuſculum & ſtudia omnia noſtra devovemus. Ex-

Explicatio nominum Autorum citatorum, è *C. Bauhino* præcipué.

Ad. & Ad. Lob. Adverſariorum opus à Petro Pena & Matthia de Lobel, Londini Ann. 1570. editum, additis circiter 284. figuris: poſtmodum Anno 1576. Antverpiæ novus titulus præfixus, epiſtolâ ad Reginam omiſſâ: cui operi Lobelius obſervationes ſuas cum novis figuris junxit. Tandem Anno 1605. iterum Londini edidit Lobelius Adverſaria, unà cum partè ſecunda, & Pharmacopœâ Rondeletii.

Ægin. Paulus Ægineta.

Aet. Aetius.

Amat. Amatus Luſitanus, qui in libros quinque Dioſcoridis enarrationes edidit, additis diverſarum linguarum nominibus, Argentinæ 1554. in 4.

Ang. Aloyſius Anguillara horti Patavini tertius in ordine præfectus, de plantis ſuam ſententiam diverſis communicavit: opuſculum in partes 14. diviſum, operâ Johannis Marinelli Italicè prodiit (additis duabus figuris Chamæleontis & Sedi arboreſcentis) Venetiis 1561. in 8.

Apul. Apuleius Platonicus, non antiquus ille Madaurenſis, ſed alius recentior, quem Johnſonus in præfat. ad Gerardum à ſe emaculatum ſexcentis retro annis aut circiter vixiſſe conjectatur, & opuſculum ſuum de herbarum virtutibus primùm Græcè ſcripſiſſe. Idem Johnſonus obſervavit, in duobus libris manuſcriptis à ſe viſis autorem hunc Platonem Apolienſem nominatum. Qui plura ſcire deſiderat, adeat Johnſonum loco citato.

Honorius Bellus Vicentinus, medicus Cretenſis: Extant epiſtolæ ejus de plantis Cluſii hiſtoriæ additæ.

Petrus Bellonius ſcripſit Obſervationum libros tres, qui à C. Cluſio Latinitate donati, additis plantarum figuris 10. prodiere, Antverpiæ 1589. 8. tractatum de neglecta ſtirpium cultura, quem idem Cluſius vertit, & ſimul cum libris exoticorum edidit: Librum de arboribus coniferis, reſiniferis, & ſempiterna fronde virentibus, cum earundem iconibus 8. Pariſiis 1553. 4. Tandem de medicato funere, & medicamentis cadaveris ſervandi vim habentibus; qui ibidem prodiit.

Antonii Muſæ Braſſavoli Ferrarienſis, examen omnium ſimplicium quorum in officinis uſus eſt. Lugd. 1556. 16.

Brunf. Otho Brunfelſius in folio. *Brunf.* 4. Brunfelſius in quarto. Primus Germanorum vivas plantarum icones edidit. Hujus hiſtoria Latina tribus tomis prodiit, primus anno 1530. alter 1531. & tertius poſthumus 1536. Argentinæ cum figuris 238. at ſedecim bis poſitæ ſunt: ſummatim cum & ſine figuris 288. deſcribuntur. Idem & Germanicè ſcripſit in folio cum iiſdem figuris, & in 4. parvis figuris additis. Argentinæ 1539.

C. B. Caſparus Bauhinus in pinace, *C. B. Phyt.* Idem in Phytopinace. C. Bauhinus medicus & Profeſſor Baſileenſis in Phytopinace 2460. plantarum nomina cum aliquot ſynonymiis exhibuit, & 164. deſcriptiones novarum plantarum, octóque figuras adpoſuit: Baſileæ 1596. in 4.

Idem P. Andreæ Matthioli opera omnia, in Germania priùs non cuſa, emaculata dedit, additis 330. figuris, & 50. novis ab ipſo primùm deſcriptis, cum ſynonymiis. Francofurti 1598. in fol.

Idem Animadverſiones in Hiſtoriam generalem Lugduni cuſam, in quibus circiter 400. figuras in illo

opere

opere bis térve poſitas & repetitas eſſe oſtendit. Francofurti 1600. in 8.

Idem Jacobi Theodori Tabernamontani hiſtoriam Germanicam correxit, maxima parte auxit: figuras novas plures addidit: nonnullas deſcripſit. & parti primæ ſynonymias adpoſuit. Francofurti 1613. in fol.

Ejuſdem Prodromus ſui Theatri Botanici, in quo circiter 600. plantæ ab ipſo primùm deſcriptæ, additis 140. novis figuris, Francofurti 1620. in 4. editus eſt.

Ejuſdem catalogus plantarum circa Baſileam ſponte naſcentium, cum earundem ſynonymiis & locis natalibus. Baſileæ 1628. in 8.

Tandem anno 1623. prodiit Pinax Theatri Botanici, opus abſolutiſſimum 40 annorum, circiter 6000. plantarum nomina continens, cum earundem ſynonymiis & differentiis. Baſileæ in 4.

Multis poſt obitum ejus annis, anno ſc. 1658. Jo. Caſp. Bauhinus filius edidit primum volumen Theatri Botanici ſive Hiſtoriæ plantarum, quod eſt pars duodecima totius operis, ut ex pinace conſtat.

C. Hofman. Caſpari Hofmanni M. D & in Academia Altorfiana publici Profeſſoris primarii, De Medicamentis Officinalibus tam ſimplicibus quàm compoſitis: opus triginta annorum. Pariſiis 1646. in 4.

Cæſ. Andreas Cæſalpinus Aretinus in Acad. Piſana Profeſſor, de plantis lib. 16. ſcripſit, nullis figuris additis: prodiêre Florentiæ 1583. Ejuſdem appendix ad hos libros. Romæ 1603. in 4.

Cam. & Cam. hort. Camerarius in horto. *Cam. ep.* Camerarius in Epitome Matthioli. Joachimus Camerarius Matthioli hiſtoriam Germanicam per Hantſchium primùm verſam & cum Matthioli figuris cuſam, rurſus emaculavit, novis iconibus 123. & notis auxit. Idem Matthioli Epitomen dedit cum figuris 1003. Francofurti 1586. in 4. Idem hortum Medicum &

Philoſophicum ſcripſit: figuras 56. addidit. Francofurti. 1 88. in 4.

Caſt. Caſtor Durantes medicus Romanus herbarium novum cum figuris plantarum quæ in totâ Europa, India Orientali & Occidentali naſcuntur Italicè edidit, viribus Latinis verſibus expreſſis: Ordinem alphabeticum obſerva vit, & plantarum figuras 879. adpoſuit. Romæ 1585. in fol.

Cluſ. Cluſ. hiſt. Cluſius in hiſtoria. *Cluſ. pan.* Cluſius in hiſtoria Pannonica. Carolus Cluſius Dodonæi hiſtoriam vernaculâ linguâ conſcriptam, Gallicam fecit, & corollarium de aromatibus addidit, cum figuris quæ ſeparatim in octavo prodiére, anno 1560. in fol.

Idem Garciæ ab Horto dialogos de aromatibus & ſimplicibus Luſitanicè conſcriptos in Epitomen contraxit, Latinos fecit, annotatiunculis & figuris plantarum 30. illuſtravit. Antverpiæ 1574. 8.

Idem Nicholai Monardis lib. de medicamentis Indiæ occidentalis ex Hiſpanico tranſtulit, notis & figuris 9. illuſtravit: Anno 1574. 8.

Idem Chriſtophori Acoſtæ hiſtoriam ex Hiſpanico Latinam fecit, in epitomen contraxit, Scholiis illuſtravit, & anno 1582. edidit.

Idem de plantis per Hiſpaniam obſervatis lib. duos ſcripſit, figuris 230 additis. Antverpiæ 1576. 8. Poſtea ab Imperatore Maximiliano ſecundo evocatus, Auſtriam, Pannoniam & adjacentes provincias luſtravit, & de ſimplicibus ibi obſervatis libros 4. conſcripſit, figuras 353. addidit. Antverpiæ 1583. in 8. Verùm poſtea tam Hiſpanicam quàm Pannonicam hiſtoriam aliis quibuſdam additis ſimul juncta libris 6. comprehendit, & ſub titulo Hiſtoriæ Plantarum rariorum evulgavit, additis figuris 1135. Antverpiæ 1601. in fol.

Idem exoticorum libros decem ſcripſit, quorum ſex priores variam materiam circa animalia & plantas, cum

cum iconibus plantarum 194. continent; item Garciæ lib. 2. Chr. Acoſtæ lib. 1. Monardis lib. 1. qui priùs ſeparatim prodiêre; item Nic. Monardis lib. 3. de lapide Bezoar, de Scorzonera, de Ferro & Nive. Anno 1605. in fol.

Ejuſdem curæ poſteriores poſt mortem editæ, additis 27. figuris, Antverp. 1611. in 4.

Col. Fabius Columna Neapolitanus è familia Columnarum Romanâ, doctiſſimus vir & limati judicii, Lynceus, edidit Phytobaſanon cum figuris 34. Neapoli 1592. Item de minùs cognitis plantis partes duas, quarum prima cum figuris 161. Romæ anno 1606. altera etiam cum figuris 44. ibidem 1616. euſa eſt.

Cord. & Cord. hiſt. Cordus in hiſtoria. *Cord. in Dioſc.* Cordus notis in Dioſcoridem. *Cord. in diſp.* in Diſpenſatorio. *Cord. ſchol.* Cordi ſcholiaſtes qui Æmilius cenſetur. Valerius Cordus ſcripſit Annotationes in Dioſcoridem; item lib. 4. de ſtirpium hiſtoria, cum figuris 272. ex Trago, & aliquot novis ex Geſnero additis: Item ſylvam obſervationum, quæ omnia ſimul, Geſnero curante, Argentinæ 1561. in folio edita: item Diſpenſatorium ſæpiùs recuſum.

Dalechamp. in Plin. Dalechampius notis in Plinium. *Dalechamp. in Dioſc.* figuris additis ad Dioſcoridem Ruellianum.

Dioſc. & Dioſcor. Pedacius Dioſcorides Anazarbæus: vixit cum Cleopatra Antonii temporibus, teſte Suidâ.

Dod. Dodonæus editione Latina in folio. *Dod. gall.* Dodonæus in editione Gallica Cluſii. *Dod. ut.* Dodonæus in editione utrâque tam Gallicâ quâm Latinâ, *Dod. Belg.* id eſt, editione Belgica & poſtrema. Rembertus Dodonæus medicus Mechlinienſis ſtirpium hiſtoriam Belgicè ſcripſit, quæ à Cluſio Gallicè reddita, cum quibuſdam additamentis prodiit Antverpiæ 1559. *v.* Cluſium. Anno 1552. edidit frugum hiſtoriam in 8.

Latinè,

Latinè, & paulò poſt florum & purgantium hiſtoriam in 8. Eadem ſimul juncta, in libros 30. diviſa, Antverpiæ 1583, in folio, cum 1305. figuris, evulgavit. Hæc hiſtoria denuò recuſa Belgicè, cum cujuſdam annotationibus prolixis, additis adhuc 36. novis figuris, anno 1608. Latinè ſimiliter ab autore emaculata, paucis mutatis, & figuris, quæ in Belgica editione habentur, cum deſcriptione additis, anno 1616. prodiit.

Eyſt. Hortus Eyſtettenſis Epiſcopi in Bavaria à Baſilio Beſlero Pharmacopœo Norimbergenſi editus, 1613. cum magnis fig. æri inciſis. In hoc opere exhibentur ſynonyma tantùm & deſcriptiones. In 4 partes ſecundùm 4 anni tempeſtates dividitur, & ſingulæ partes iterum in tres ſubdividuntur ſecundùm anni menſes.

Eric. Cord. Ericius Cordus, Valerii pater, Simeſuſius Medicus, edidit Botanologicum per dialogum propoſitum, Coloniæ 1534. in 4.

Joannes Fragoſus Hiſpaniarum regis Medicus & chirurgus, aromatum, fructuum & ſimplicium aliquot ex utraque India in Europam delatorum hiſtoriam Hiſpanicè ſcripſit. Iſrael Spachius medicus Argentinenſis edidit, Argentinæ 1610. 8.

Fuch. Fuchſius in hiſtoria Latina in fol. Leonhardus Fuchſius, medicus Germanus, doctus & induſtrius botanicus, Tragi æmulus edidit hiſtoriam Latinam cum 516. figuris, Baſileæ 1542. in folio. Ejuſdem icones ſeorſim editæ, Baſileæ 1549. in 8.

Gal. & Galen. Galenus, Medicorum omnium poſt Hippocratem facilè princeps.

Ger. Jo. Gerardi hiſtoria plantarum Anglica cum figuris ipſius Tabernamontani, nonnullis etiam Lobelii, & inſuper 16. novis additis. Londini 1597. folio. Gerardus (referente Johnſono in *Præfat. ad Lect.*) natus eſt Nantvici in comitatu Ceſtrenſi, unde Londinum venit, ibique Chirurgiæ operam dedit, in qua adeò

adeò profecit, ut Magiſter in ea facultate creatus ſit. Linguarum mediocrem aut nullam habuit peritiam. Hujus operis potiſſima pars ſunt Pemptades Dodonæi, Anglicè redditæ à quodam Doctore *Prieſt*, quas Gerardus ferè integras tranſcripſit. Hoc ut celaret, mutavit Dodonæi methodum in Lobelianam, ut videre eſt in Graminibus & Orchidibus. Huic verſioni Dodonæi addidit inſuper nonnullas plantas è Cluſio, alias ex Adverſariis, ex ſuis circiter 14. non antea editas. Aſſumpſit verò icones Tabernamontani, quas ſæpiùs imperitè confudit & tranſpoſuit. Qui plura de eo velit, conſulat Johnſonum loco laudato.

Ger. emac. Gerardus emaculatus a viro doctiſſimo, Thomâ Johnſono, cive & pharmacopœo Londinenſi, quem ob inſignem totius Medicinæ ſed præcipuè rei herbariæ peritiam Academia Oxonienſis Doctoratûs gradu & titulo meritiſſimè auxit. Opus hoc bis Londini impreſſum eſt: primùm 1633. denuò 1636.

Geſn. Geſnerus. *Geſn. hort.* Geſnerus in libro de hortis Germaniæ. *Geſn. Col.* in libello de collectione ſtirpium. *Geſn. cat.* in catalogo plantarum quadrilingui. Conradus Geſnerus Germanus hiſtoriam plantarum, et vires ex Dioſcoride, Ægineta, Theophraſto, Plinio, et recentioribus Græcis juxta elementorum ordinem edidit, Venetiis 1541. 16. Item, Catalogum plantarum quadrilinguem, Tiguri 1542. 4. Item, De Lunariis et noctu lucentibus cum fig. 5. et montis Fracti ſive Pilati Lucernatum deſcriptione, ibid. 1552. 4. Item, De hortis Germaniæ librum cum appendice et corollario ad Cordi hiſtoriam, in quo fig. 5. cum Cordi operibus, Argentinæ 1561. fol. Item, De lapidibus, foſſilibus et gemmis, cum marinarum plantarum 8. fig. Tiguri 1565. 8. Ejuſdem epiſtolæ medicinales per Caſparum Wolfium editæ: addita de Aconito primo aſſeveratione cum 3. fig. Tiguri 1577. 4.

Item

Item de ſtirpium collectione per Wolfium edit. Tig. 1587. 8.

Guiland. Melchior Guilandinus quartus in ordine horti Patavini præfectus, emiſit librum qui inſcribitur Theon ſive Apologia adverſus Matthiolum. Patavii 1558. 4. Item, Epiſtolas aliquot de ſtirpibus, ibid. Item, Commentarium in tria C. Plinii de papyro capita, qui inſcribitur Papyrus. Ejuſdem conjectanea ſynonymica plantarum cum horti Patavini catalogo, ſub annum 1591. Jo. chenckii operâ edita, Francofurti 1600. 8.

Hermol. in corol. Hermolaus Barbarus in Dioſcoridem corollariorum libros 5. edidit. Coloniæ 1530. fol. Idem in C. Plinii naturalis hiſtoriæ libros caſtigationes. Baſileæ 1534. 4.

Hort. Bat. Horti Lugduno-batavi Catalogus.

Hort Hafn. Horti Hafnienſis in Dania.

Hort. Gron. Horti Groningenſis in Belgia fœderata.

Hort. Par. & Paris. Horti Pariſienſis.

Hort. Pat. Horti Patavini.

Hort. Warſ. Horti Warſavienſis.

Omnes collectæ & unà editæ operâ D. Simonis Pauli, ſub titulo Viridariorum variorum: Hafniæ 1653. 16.

J. B. Joannes Bauhinus, Caſpari frater, Ducis Wirtemberg. Archiater, Vir eximiæ eruditionis, ſummæ fidei, infinitæ lectionis, maturi judicii, in omnibus Botanicorum tam antiquorum quàm recentiorum ſcriptis verſatiſſimus, omni humanioris & ſeverioris literaturæ genere inſtructiſſimus, uno verbo, Herbariorum Coryphæus, præter opuſcula quædam v. g. libellum de plantis a Divis denominatis, Baſileæ 1591. 8. libellum de Abſinthii generibus, Montisbeligardi 1593. 8. & de plantis circa balneum Bollenſe naſcentibus catalogum, pomorum figuris 60. & pyrorum 40. additis, cum hiſtoria de Balneo Bollenſi, Montisbeligardi

gardi 1598. 4. Præter hæc inquam, Hiſtoriam plantarum univerſalem inchoavit, verùm morte præventus non penitus abſolvit. Hanc recenſuit & auxit Dominicus Chabræus D. Genevenſis: Juris verò publici fecit Franciſcus Lud. à Graffenried Dominus Gertzenſee,&c. Opus omnium quæ hactenus lucem viderunt abſolutiſſimum; complectens quicquid ferè ſcitu & obſervatione dignum vel apud veteres vel apud neotericos occurrit, unà cum Synonymis, æquivocis, ſuccedaneis, &c. in tres tomos tributum. Quòd ſi ipſe vixiſſet & huic editioni præfuiſſet, haud dubium eſt, quin nonnulla in eo rectiùs diſpoſuiſſet, alia in melius mutâſſet & plurima addidiſſet, ut meritò omnium Herbariorum vicem ſupplere potuiſſet ὁ δοκῶν ἀλλ' εἶναι, ut habet Titulus operi præfixus.

Ferrantes Imperatus Neapolitanus Pharmacopœus evulgavit hiſtoriæ naturalis lib. 28. cum figuris lapidum, corallorum, ſpongiarum, &c. plantarum verò & fructuum 33. Neapoli 1599. in fol.

Jo. Bodæ. Joannes Bodæus à Stapel medicus Amſtelodamenſis in commentariis ſeu notis in Theophraſti hiſtoriam Amſtelodami editis unà cum Græco contextu in folio, 1644. Habentur etiam in hoc opere rariorum plantarum icones permultæ.

Lac. Andreas Lacuna. Extant ejus commentaria in Dioſcoridem cum figuris, Hiſpanicâ linguâ conſcripta. Salmant. 1552. fol. Item, Annotationes in Dioſcoridem, in quibus Ruellii verſio caſtigatur. Lugduni 1554. 16.

Lob. Lobelius in obſervationibus. *Lob. ico.* in iconibus ſeparatim editis. Matthias de Lobel præter Adverſariorum opus priùs memoratum, hiſtoriam plantarum ſeu ſtirpium Belgicè edidit, in qua & Adverſaria & Obſervationes complexus eſt. Hujus operis icones ſeorſim cuſæ 2116. numero, Antverpiæ 1581. in formâ

mâ longâ prodiêre. Deſignavit inſuper aliud magnum opus, cui titulus Stirpium Illuſtrationes. verùm mors illud interrupit.

Lon. Adamus Lonicerus: is herbarium Eucharii Röſlin ſui in officio Francofurti anteceſſoris, Germanicè ſcriptum quartò auxit, & poſtremò anno 1569 prodiit: poſtmodum remoto Eucharii nomine ſuum præfixit, & cum figuris 833. circiter, anno 1582. dedit; Francofurti.

Lugd. Hiſtoria generalis plantarum lib. 18. à Dalechampio inchoata, per Joannem Molinæum collecta & edita, qui nomen ſuum non adpoſuit, Lugduni anno 1587. excuſa eſt. In hac figuræ 2686. proponuntur, verùm circiter 400. bis térve repetuntur.

Matth. Petrus Andreas Matthiolus. Hujus commentaria Italica cum 957. magnis figuris, 1568. Venetiis edita: ejuſdem Italica cum parvis figuris, 1563. Ejuſdem editio Germanica Camerariana. Ejuſdem editio à C. Bauhino emaculata. Ejuſdem epitome ann. 1571. edita. Ejuſdem epitome à Camerario correcta. Ejuſdem epiſtolæ cum commentariis Francofurti editæ, cum apologia in Amatum Luſitanum. De Matthiolo v. Johnſonum in præfat. ſæpiùs laudata. Lobelio aliiſque magnam incurrit reprehenſionem.

P. B. Phytologia Britannica à D. *How* edita, Londini 1650. 8.

P. Gaſſend. Petrus Gaſſendus in ſua naturali Philoſophia habet tractatum de plantis generalem.

P. Renealm. Paulus Renealmus Blæſenſis ſpecimen hiſtoriæ plantarum cum figuris 43. typis æneis expreſſis edidit Lutetiæ 1611. 4.

Pandect. Pandectarius: Matthæus Sylvaticus opus Pandectarum ſcripſit. Prodiit Venetiis 1499. fol.

Park. Joannes Parkinſonus, Londinenſis, Pharmacopœus regius anno 1629. edidit Paradiſum ſuam ter-

terreſtrem Anglicè, in qua florum omnium hiſtoriam, quin & arborum fructiferarum, olerum & fruticum elegantiorum quæ in hortis aluntur, latè proſequitur. Poſtea anno 1640. emiſit Theatrum ſuum Botanicum itidem Anglicè, in quo novâ methodo uſus, ſecundùm varias facultates ſeu vires, plantas in varias claſſes diſtribuit. Complectitur hoc opus plures ſpecies, quàm quævis alia quæ hodie extat hiſtoria. In pleriſque C. Bauhinum ſequitur, etiam ubi multiplicat entia ſine neceſſitate. Induſtriam viri non vitupero, judicium & ἀκρίβειαν ſæpiùs requiro.

Plin. Caius Plinius Secundus. Vixit temporibus Veſpaſiani: Veſuvii vaporibus ſulphureis ſuffocatus, dum incendii cauſas rimaretur, interiit, Anno Dom. 79. Plurima ſcripſit, quæ injuriâ temporum interciderunt: ſuperſunt de Hiſtoria mundi libri 37. in quos plurima quæ plantas ſpectant è Dioſcoride tranſcripſit, nec ejus tamen unquam meminit.

Pon. Jo. Pona Pharmacopœus Veronenſis ſimplicium in monte Baldo naſcentium catalogum ſcripſit, & nonnullarum deſcripſitiones cum figuris 16. addidit. Cluſius ſuæ hiſtoriæ rariorum adjunxit. Idem auctiorem dedit, & nonnullarum plantarum, ab Honorio Belli in Creta obſervatarum, deſcriptiones cum figuris 38. addidit. Baſileæ 1608. 4. Idem auctus cum plurimis aliis exoticis, ex Nobiliſſimi Nicolai Contareni Senatoris Veneti horto inſtructiſſimo acceptis, fig. 91. additis, à filio Franciſco Pona M. D. in linguam Italicam tranſlatus, Venetiis 1617. 4. prodiit.

Ruel. Joannes Ruellius; Dioſcoridem Latinè vertit: De natura ſtirpium libros tres ſcripſit. Baſileæ 1537. in fol.

Schwenck. Caſparus Schwenckfeldius ſcripſit catalogum ſtirpium & foſſilium Sileſiæ. Lipſiæ 1601. 4.

Schrod. Schroderi Pharmacopœa medicochymica.

Tab.

Tab. Jacobi Theodori Tabernamontani hiſtoria Germanica tribus partibus edita cum figuris 2087. Francofurti 1588. fol. Idem emaculatus, auctus, & plantarum deſcriptionibus & figuris ac medicamentis plurimis à C. Bauhino anno 1613 fol. Ejuſdem icones cum nudo nomine Latino & Germanico Francofurti 1590. in longâ formâ prodiêre.

Thal. Jo. Thalii Medici Northuſani Sylva Harcynia, ſive Catalogus plantarum in montibus & locis vicinis ſponte naſcentium, cum plurimarum deſcriptionibus, cum Camerarii horto, 9. figuris additis, editus Francofurti 1588. 4.

Theoph. & Theophr. Theophraſtus: *Theophr. hiſt.* Theophraſtus in hiſtoria plantarum. *Theophr. de cauſ.* Theophraſtus in libris de cauſis plantarum. Fuit Theophraſtus Ariſtotelis in ſchola ſucceſſor; vixit circiter 322. annos ante Chriſtum natum: ſcripſit de hiſtoria plantarum lib. 10. quorum novem; de cauſis plantarum libros 8, quorum ſex tantùm ad manus noſtras pervenerunt.

Trag. Hieronymus Tragus. Scripſit ille hiſtoriam, quæ ſæpiùs Germanicè Argentinæ in folio prodiit, & per Davidem Kyberum Latinè reddita, cum iconibus 567. licèt ad 800. deſcribantur, Argentinæ 1552. excuſa eſt in 4. Editio Germanica à Melchiore Sebitzio & Nicolao Agerio emaculata eſt. 1595. fol.

Tur. Gulielmus Turnerus M. D. vir ſolidæ eruditionis & judicii, anno 1551. emiſit plantarum hiſtoriam Anglicè, in qua figuras Fuchſii plerunque adhibuit. Nomina expreſſit Latinè, Græcè, Anglicè, Germanicè, Gallicé. Ordinem Alphabeti Latini ſecutus eſt.

CATALOGUS PLANTARUM CIRCA CANTABRIGIAM nascentium.

A

ABrotanum campestre *C. B. Ger. Park. Tab.* sylvestre vel 4 *Trag.* Artemisia leptophyllos *Gesn. hort.* tenuifolia 3 *Clus.* tenuifolia sive leptophyllos, aliis Abrotanum sylvestre *J. B.* Ambrosia altera *Matth. Lugd.* tenuifolia *Lob. Wild or field Sothernwood.*

Abrotanum inodorum *Ger. Park. Lob. Lugd.* latifolium *Tab.* II, sive latifolium inodorum *C. B.* Artemisia 2 tenuifolia *Clus. in past. hist.* quoad figuram. Artemisiæ tenuifoliæ simile si non idem, Abrot. sc. inodorum Lobelii *J. B.* Absinthium inodorum & insipidum *Dod. Unsavory Sothernwood. Both said to be found on Newmarket heath by Mr Sare.* P.B. *We have searched diligently, but can as yet find neither there.*

Absinthium vulgare *Park. Trag. Lob. Gesn.* vulgare majus *J. B. hort. Wars.* commune *Turn. Cam. Gesn. hort.* rusticum *Thal. Apul.* latifolium sive Ponticum *Ger.* Ponticum seu Romanum officinarum seu Dioscoridis *C. B. Common Wormwood.*

N. 1. Hujus plantæ ob amaritudinem eximiæ radi-

ces dulces ſunt & penè inſipidæ cum exigua ſalſedine. *Camer. in hort.*

2. Ingratum ſaporem deponit, ſi per aquam fervent em trahatur. *Idem ibid.*

3. Abſinthium egregiè reſiſtit putredini, & animalia ex putredine genita aut fugat, aut necat. *Caſp. Hofman de medicam. offic. util. lib. 2 cap. 2. ſect 19*

4. Qui plantis inquirendis aut colligendis rura peragrant, ſi fortè in cereviſiam acidam aut ingrati ſaporis incidant, abſinthio vulgari infuſo eam corrigere poſſunt, & palato & ventriculo gratiorem reddere, minúsque nocivam. Aciditatem enim mirè tollit amaror, etiam magis quàm Saccharum. Hinc vulgò non dulcia ſed amara ut lupuli, abſinthium, &c. cereviſiæ incoquuntur, nè citò aceſcat. Vermiculi quinetiam in aceto nuper detecti ab amaris necantur.

Acanthium, *Matth. Dod. ut. Ad. Lob. Cam.* vulgare *Park. Tab.* Spina alba ſylveſtris Fuchſio *J. B.* Carduus ſylveſtris *Cæſ.* Onopordon Athenæi *Ang. Geſn. hort.* Bedeguar Arabum *C. Hofman de Medicam. officin. lib. 2. cap. 50 ſect. 5.* qui ibidem aſſerit hujus plantæ folia ſuaviſſimo odore moſcho non cedere. *The common Cotten-thiſtle.* Ad vias. Floribus eſt communiter purpureis, aliquando albis.

N. Hujus radices cùm primùm folia emittere incipiunt plurimùm nutriunt, & vires reficiunt, vel in juſculo decoctæ, vel in artocreis cinararum more furno excoctæ. *Mouſet. de diæta.*

Acer majus *Cord. hiſt. Geſn. hort. Ad. Lob.* majus *Ger emac.* majus latifolium, Sycomorus falsò dictum *Park.* majus, multis falsò Platanus *J. B.* montanum candidum *C. B.* Platanus *Trag. Lon. Cardani de varietate rerum l. 6. c. 23.* Sycomorus Ruellii *Geſn. hort.*

hort *The great Maple, commonly, yet falsly, the Sycomore tree.*

N. 1. Hujus ut & minoris aceris turiones lacte scatent instar ficûs, sed non acri, nullius quippe evidentis gustûs. *Cam. in hort.*

2. Ex hujus aut fraxini semine affabrè dissecto liquidò constat, semen saltem in plerisque plantis nihil aliud esse quàm foliola quæ primò emergunt aptè à natura complicata, aut convoluta, unà cum radicis germine, congrua tenellæ plantæ alimenti portione atque idoneo integumento. V *histor. generationis Highmori Anglicè conscript.*

er minus *Ger. emac.* minus & vulgare *Park* vulgare minori folio *J. B.* I V, sive campestre & minus *C. B* Opulus *Turn. Gesn. hort. Cas. The lesser or common Maple.*

N. Acer operum elegantia & subtilitate cedro secundum. *Plin. lib. 16. cap.* 15. Quin & nunc dierum in Angliæ partibus Borealibus ex hoc ligno vasa elegantia adeò tenuia torno formantur, ut etiam lumen transmittant.

etosa vulgaris *Park* I, sive pratensis *C. B.* Lapathum 4. Dioscoridi, sylvestre Plinio *ejusdem.* Lapathi sylvestris 4 genus Dioscoridis *Lugd. Trag. Fuch.* Oxalis *Trag. Matth. Fuch. Tod. Ad.* vulgaris folio longo *J. B.* Ox. seu Acetosa *Ger Common Sorrell.*

etosa arvensis lanceolata *C. B. hort. Groning* Oxalis parva auriculata repens *J. B.* minima. *Trag.* minima seu Leporis *hort. Paris.* tenuifolia sinuata vervecina *Lob ico.* ovina *Tab. Sheeps Sorrell.* In arenosis & siccioribus, *as about Gamlingay, and on Newmarket heath.*

etosella, *vide* Trifolium acetosum.

hillea, *vide* Millefolium.

inos, *vide* Clinopodium.

Acinos Anglica *Cluſ.* Anglica Cluſii *Park.* Ac. 4 m
lierculis botanopolis Londinenſibus Polium mo
tanum falsò dictum *Ger. emac.* Clinopodium O
mi facie alterum *C. B. Small ſtone Baſill. In*
ploughed lands on the borders of Gogmagog hills
Newmarket heath.

Acorus paluſtris *Lob.* noſtras *Ruel.* II, ſive adulteri
C. B. paluſtris, ſive Pſeudoiris & Iris lutea paluſ
Park. Iris paluſtris lutea *Ger. Tab.* paluſtris lu
ſive Acorus adulterinus *J. B.* Pſeudoiris *Dod.*
diolus aquaticus *Amat. Luſit.* Butomon *Cluſ.*
Yellow water Flower de luce. In many places down
river Cam, and in the fenns in the Iſle of Ely.

Adianthum album *Tab. Cam.* Ruta muraria *C. B.*
Dod. Ger. muraria ſive Salvia vitæ *Park.* Salvia
tæ *Ad. Lob. Lugd.* Paronychia *Matth.* Saxifr
ſive Empetron *Fuch. Wall-rue, Tentwort. On*
walls of Hinton church. Amat ſaxa viva, coctis l
ribus immoritur. *Cam. in hort.*

Adianthum aureum majus *Ger.* aphyllon majus *T*
Polytrichum aureum majus *Park. C. B.* Apu
majus quibuſdam *I. B.* Dicitur etiam Muſcus c
laris *Gerardo. Great golden Maiden-hair, or G*
locks. On Hinton moor in the watery places.

Adianthum aureum minus *Tab. Lugd.* aphyllum
nus *Thal.* Polytrichum minus *Trag.* Apuleii
nus *Fuch.* Apuleii minus quorundam *I. B.* a
um minus *C. B. Park.* Muſcus capillúsve au
minor *Lob.* Muſcus capillaris, ſive Adianthum
reum minus *Ger.* Muſci capillaris altera ſpecies
nino minor & humilior *Dod. Little Goldi-l*
golden Maiden-hair. In muris paſſim.

Ægilops bromoides *Ger. emac.* bromoides Be
rum *Park. Lob.* Æg. quibuſdam ariſtis re
vis, ſive Avena piloſa *I. B.* Gramen feſt

XI

XIII, ſive Feſtuca utriculis lanugine pubeſcentibus *C. B.* Ægil. Dioſc. Theoph. Gal. Oribaſ. Ægin. *eidem. Bearded wild Oats, or Dutch Havergraße.* Inter ſegetes.

grifolium *Ger. Dod. Cam. Cæſ.* Agrifolium ſive Aquifolium *Park.* Aquifolium *Ruel. Geſn. hort. Lob. Lugd. Tab.* Aquif. ſive Agrifolum vulgò *J. B.* Ilex V, ſive aculeata baccifera folio ſinuato *C. B.* Ἀγρίαι Theophraſti 3 hiſt. 4. & Aquifolium Plinii l. 16. c. 21. *ejuſdem.* Ilex veterum *Ruel.* Paliurus *Gaſſend. tom. 2. p. 148. Holly. About Stitchworth.*

N. 1. Hæc per ætatem redditur folio nequaquam fimbriato nec pungente, ſed ſolùm extremitate acuminato.

2. Ruſtici ex cortice radicib⁹ detracto viſcũ parant.

3. Si in teneras arbuſculas inſerantur roſæ, producunt ſubvirides flores, ut peritiſſimi quidam hortulani experti ſunt. *Cam. in hort.*

4. Semper virentibus occaſus ortúsq; foliorum viciſſim accidit: non enim ſemper eadem durant, ſed alia proveniunt, alia decidunt; ídque circa æſtivum ſolſtitium maximè factitare videntur, in quibusdam etiam poſt Arcturi ortum. *Theophr. hiſt. plant. l. 1. c. 15.* Palma hîc excipienda eſt, quæ folia ſemel prognata nunquam abjicit, ſed perpetuò ſervat. *P. Gaſſend. tom. 2.*

5. Eædem arbores ferè omnes fructum ſerò & tardè perficiunt. *Theophr. de cauſ. l. 1. c. 21.*

grimonia *Ger. Officin.* vulgaris *Park.* Ag. ſive Eupatorium *J. B.* Eupat. veterum ſive Agrimonia *C. B.* Eupat. Avicennæ *Io. Bodæ. in Theoph.* Eup. Dioſcoridis & aliorum Græcorum *Lob.* Eup. Græcorum & Avicennæ & Eupatoria Plinii *C. B. Common Agrimony.*

lectorolophos, *vide* Pedicularis.

lga aquatilis capillacea, *v.* Conferva Plinii.

Alleluia, *vide* Trifolium acetosum.

Alliaria *Ger. Park. C. B. I. B. Trag. Matth.* Thla
cornutum *Lon. Trag.* Pes asini *Pandect. Iack by*
hedge, Sawce-alone. Upon the bankes of ditches.

Allium sylvestre latifolium *C. B. Dod.* ursinum G
Fuch. Matth. ursinum Plinii *Cord. Cæs.* ursinum
folium vernum sylvaticum *I. B.* ursinum latifoliu
sive Moly Hippocraticum *Ad. Lob. Ramsons.*
Ditton, on a little woody hillock near the rivers side.

N. Hæc planta externè applicata vesicas in cute
citat (quod ei cum sinapi aliisque multis commu
est) internè verò sumpta partes internas non sim
liter afficit, quia hæ robustiore minúsque tenera
te vestiuntur, & præterea humore mucoso oblin
tur. Humor etiam acidus ventriculi, & alia quib
miscetur ejus vim retundunt & dissipant.

Allium sylvestre *Park. Ger. emac.* sylvestre tenuifoli
Lob. hort. Bat. Ophioscorodon *Matth.* Crow-garli
On Iesus Colledge wall, nigh the gate which opens ou
the rode into Garlick fair; also about a gravell pit n
the foot way leading from Christs Colledge to Cher
Hinton, and in many other places.

N. 1. Lac & præcipuè butyrum hujus odore
gustu infectum iri certum est, si ubi pabulantur v
cæ hoc genus allii creverit gramini intermissu
Tradit etiam *P. Laurembergius in Apparat. plant*
lib. 1. *cap* 2. allium gallinis & aliis altilibus cum e
objectum saporem & odorem suum in eorum ca
& ovis prodere. Denique *Christoph. Bennett* me
cus Londinensis *in Theat. tabidorum exerc.* 29.
serit fonticulos ægrotorum membris vel incisos
inustos in rarioris texturæ hominibus, allii in
sumpti, post tertiam aut quartam à comestione h
ram, odorem reddere.

N. 2. De Allio in genere. Allii succus potus hom

nem non modò turbat ſed etiam interficit. *Spigel. Iſag. l. 2. c. 16.* Arnulphi imperatoris vitam terminarunt vermiculi in illius carne ex nimia allii comeſtione geniti. *Cranz. hiſt. Sax. l. 3. c. 3.*

3. Allia cùm excauleſcunt pleniùs quàm recèns edita olent. *Marant. meth. cogn. ſimp l. 2. c. 3.*

Alnus *Ger. Matth. Dod. Turn. Lob.* vulgaris. *Park. Cluſ. hiſt.* vulgaris, κλήθρα Theophraſti *I. B.* conifera *C. Hofman. lib. de medicam. officin.* rotundifolia glutinoſa viridis *C. B. Common Alder. At Fulborn in the moory places, and at Willborham.*

N. 1. Imponatur hujus arboris lignum, quantæ velis magnitudinis in labra illa ampla ænea, in quibus lupulus coquitur ad faciendum cereviſiam: cúmque percoctus abundè lupulus eſt, eximatur idem lignum, & arenâ vel glareâ in ipſis cellariis obruatur per triennium: indè cùm exemptum fuerit duratum in lapidem apparebit, è quo potiſſimum cotes fiunt quibus ad ferramenta acuenda menſarii utuntur. *Recitat Geſnerus ex D. Kentmanno, I. B.*

2. Hujus lignum in ædificiorum fundamentis ſub terra poſitum in ſolo humido ad æternitatem durat. *Vide Vitruv. ubi agit de lignorum materie. Plin l. 6. c. 37. Theoph. de cauſis l. 3. c. 17.*

3 Apes per dimidiam anni partem, ab Ariete ſc. ad Libram alni gemmas adeò depaſcuntur, ut in foliis ejuſdem expanſis inciſuræ & lineæ ab iis arroſæ conſpiciantur. *Butler. in tract. de apibus cap. 6. num. 34.*

Alſine aquatica major *C. B.* aquatica ſive paluſtris major *Park.* paluſtris *Tab. Ger. Great Marſh kickweed, On the banks of the River Cam plentifully, and in the oſier holts, &c.*

Alſine foliis Triſſaginis *Lob. Ger. Park.* chamædryodes *hort. Bat. inter indigenas.* III, ſive chamædryfolia floſculis pediculis oblongis inſidentibus *C. B.* ſer-

rato folio glabro *I. B.* flore cæruleo interdum lacteo aut dilutè purpuraſcente *Cam. hort. Germander-chickweed.* In arvis.

Alſine foliis veronicæ *Tab. Ger.* foliis ſubrotundis veronicæ *Park.* II, ſive veronicæ foliis floſculis cauliculis adhærentibus *C. B.* ſerrato folio hirſutiore, floribus & loculis cauliculis adhærentibus *I. B. Speedwell-chickweed.* In arvis & tectis.

Alſine hederacea *Tab. Ger.* I, ſive hederulæ folio *C. B.* hederulæ folio minor *Park.* hirſuta *Cam.* Alſines genus Fuchſio folio hederulæ hirſuto *I. B.* Morſus gallinæ folio hederulæ *Lob.* Lappago Plinii *Ang.* Alſ. chamædryodes repens *hort. Bat. Ivy-chickweed, or ſmal Henbit.* In agris & eorum marginibus, præcipuè inter ſata.

Alſine hederula altera *Ger.* hederulæ folio major *Park.* Morſus gallinæ folio hederulæ alter *Lob.* gallinæ perfoliatus *hort. Bat.* Ballote criſpa major, an minor? *Lugd.* Oculus cati ſive Ballote criſpa *hort. Par.* Galeopſis ſive urtica iners folio caulem ambiente *I. B.* Lamium folio caulem ambiente majus, an minus? *C. B.* Urticæ fætidæ ſecunda ſpecies *Dod. gal. Great Henbit.* In arvis.

Alſine hirſuta myoſotis *Ad.* ſpuria 3 *Dod.* hiſpida 1 *Thal.* Auricula muris quibuſdam *Dod. gal.* muris quorundam, flore parvo, vaſculo tenui longo *I. B.* qui ad idem caput reducit Auriculam muris 1, 2, & 3. C. B. in Phytopinace, (i.) Alſinem hirſutam arvenſem 1, 2 & 3 ejuſdem in Pinace. *Mouſeare-Chickweed.* Paſſim.

Alſine longifolia uliginoſis proveniens locis *I. B.* aquatica media, an paluſtris minor folio oblongo? *C. B.* fontana *Tab. Ger.* ad noſtram plantam accedit, *Small long-leaved Water-chickweed. On the boggy grounds beyond Gamlingay.*

Alſine

Alsine major *Dod. Ger.* maxima *Lob. ico. Park.* VIII. sive altissima nemorum *C. B. Great Chickweed.* Ad sepes. Hujus & sequentis flores singuli constant quinque foliolis ità ad imum usque fissis, ut incuriosiùs observanti decem videantur.

Alsine media *Dod. Ger.* XI. sive media *C. B.* vulgaris sive Morsus gallinæ *I. B.* Als morsus gallinæ fœmina *Gesn. hort.* Hippia minor *Cord. hist. Middle Chickweed* Ad sepes passim

Alsine minor multicaulis *C B.* minima *I. B. Dod. Lob. Ger. Fine Chickweed.* In muris & ruderibus, atque in siccioribus passim. Hujus flos constat ex quinque foliolis indivisis

Alsine palustris foliis tenuissimis, sive Saxifraga palustris alsine folia *Ger. emac.* Saxifraga palustris Anglica *Park. Small water Saxifrage, upon Teversham and Hinton moors near the watery places.* Florem obtinet album pro plantulæ proportione amplissimum.

Alsine tenuifolia *I B.* apud alios botanicos non occurrit *Narrow-leaved Chickweed. In the cornfields on the borders of Triplow heath, and in divers other places.* Florentem invenimus Maio Lino cathartico facie externa dum floret similis est.

Althæa *Dod. Lob Matth* vulgaris *Park.* I, sive Dioscoridis & Plinii *C B.* Alth. sive Bismalva *I. B.* Hibiscus Theophrasti. Alth. Dioscoridis & Hibiscum Maronis *eidem.* Græcis Δενδρομαλάχη & Ἀναδενδρομαλάχη *eidem.* Al. Ibiscus *Ger* Al. sive Malva palustris *Cord. hist.* Al. sive Malvaviscus *Ang. Marsh Mallow In many ditches about Wisbich.*

Coronŏpus *Trag. Matth. Fuch. Ang. Tur. Ad. Tab.* I, ſive hortenſis *C. B.* vulgaris ſive Cornu cervinum *Park.* Cornu cervinum *Ger. Lob.* Coron. ſive Cornu cervinum vulgò ſpicâ plantaginis *J. B.* Herba ſtella ſive Cornu cervinum *Dod.* Coronopum aut Coronopodium. *Crow-foot plantain Tur. Buckshorn-plantain. In the ſandie grounds about Gamlingay, alſo about Newmarket, and about Wiſbich in the Iſle of Ely, and all places thereabout near to the ſalt water.*

N. Hæc planta in hortis ſata diligenti culturâ adeò luxuriat, & à ſylveſtri magnitudine & formâ tantùm differt, ut à nonnullis autoribus pro diverſa ſpecie habeatur.

Coronŏpus Ruellii *Dod. gal. Ger. Geſn. hort. Lugd.* recta vel repens Ruellii *Park.* Ruellii ſive Naſturtium verrucoſum *J. B.* repens *Tab. Cam. Lob.* Cornu cervi alterum repens. *Dod.* Ambroſia *Matth.* campeſtris repens *C. B.* Pſeudoambroſia, Naſturtium verrucarium quibuſdam *Cam. in Matth.* Pes milvinus Columellæ *Dalechampio,* Holoſteum Dioſcoridis *Ulyſſi Aldrovando apud* J. B. *Swines Creſſes.*

Corylus ſylveſtris *C. B. Trag. Matth. Ger.* Nux Avellana ſylveſtris *Fuch. Matth.* Corilus ſive nux Avellana ſylveſtris *Park. The Haſell-nut tree.*

N. 1. Avellana quæ ante Abellina dicebatur ab oppido Campaniæ Abella. *Plin. lib.* 15. *cap.* 22.

2. Hujus fructus κάρυα πλατία dicuntur Hippocrati 2. de diæta. *Caſp. Hofman. de medicam. officin.* κάρυα Ποντικὰ & λεπτοκάρυα *Dioſcor. lib.* 1. *cap.* 169.

i, e. Pontica & tenuia sive pusilla, respectu sc. juglandis. Theophrasto arbor hæc Ἡρακλεωτικὴ καρύα, quòd ex Heraclea Ponti translata fuerit.

3. Hujus folia depascitur elegans eruca à Mouseto corilaria dicta, quæ cùm in aureliam, constanti naturæ lege, jam transformanda est, nidum sibi ex pilis proprio corpore avulsis, mirâ arte decussatim positis construit, quod etiam aliis densiùs pilosis erucis solenne esse observavimus. Corilariæ hujusce aurelia rotunda est, superiore parte atrorubens sive spadicea, inferiore seu caudâ circulis spadiceis & luteis alternatim positis distincta, à tergo pilosa & hirsuta, quod pauciſſimis contingit. Hæc post transactam hyemem, mense Maio mutatur in papilionem bombycum papilionibus valde similem, nisi quòd brevior sit & ad scapulas crassior. Capitis certè, oculorum, antennarum eadem species, eadem utrisque alarum ad volatum inutilium brevitas; color etiam idem, nisi quòd maculis nigris hæc notetur super alas pluribus, super dorsum unicâ, illæ non item. Est autem toto corpore multò pilosior, & densâ lanugine qualis est pullorum gallinaceorum vestita. Pedes habet sex colore viridi lutescente tinctos.

4. Ab harum arborum julis ob similitudinem aliquam, ex sententia Mouseti, nomen acceperunt juli insecta; è quibus (ut id obiter notemus) cœlo humidiore plures subinde occurrunt, noctu instar cicindelarum fulgentes, orto splendore ab humore quodam crassiore & viscidiore quo eorum corpora oblinuntur: nam tractantium manibus adhæresci liquor iste etiamnum splendens, qui exsiccatus splendere desinit, at mox iterum madefactus splendorem pristinum recuperat. Animalcula hæc scolopendræ rectiùs dicuntur, quàm juli.

Cotula fœtida *Lob. Park. Cer.* alba *Dod.* Chamæ-

melum

melum fœtidum ſive Cotula fœtida *J. B.* Parthenium *Fuch. Ad. Tab.* Parth. leptophyllon Hippocratis *C. B. Maithes or Mayweed.* Inter ſata ubique.

N. Apes dum mellificium exercent nec flores fœtidos nec venenatos reſpuunt, ut cotulæ fœtidæ, hyoſcyami &c. cùm tamen plures odoratiſſimos negligant, ut roſarum, primulæ veris, piſorum &c. *Butler. tract. de apibus cap. 6. num. 5.*

Cotula non fœtida *Park. Ger.* Camomilla fatua & 4 *Trag.* Chamæmelum inodorum *C. B.* inodorum ſive Cotula non fœtida. *I. B. Dogs Camomile.* Cum priore.

Cotyledon aquatica *I. B.* aquat. acris Septentrionalium *Lob.* paluſtris *Ger. Park. Dod.* Ranunculus aquaticus umbilicato folio *Col. hort. Hafn.* aquaticus cotyledonis folio *C. B. Marſh Pennie-wort, White rot. On Hinton and Teverſham and Trumpington moors, and the like places abundantly.*

Craſſula, *vide* Telephium.

Cratæogonon Euphroſynes facie *Ger* Euphraſia rubra ſive altera *Dod. Lob.* pratenſis rubra *C. B.* parva purpurea *J. B. Eybright-Cowwheat.* In pratis, & etiam inter ſegetes. Floris color variat, nunc intenſiùs ruber, nunc dilutiùs, aliquando etiam albus.

Criſta galli, *vide* Pedicularis.

Crocus *J. B. Tur. Trag. Dod. Lob.* ſativus *C. B.* ſativus autumnalis *Eyſt. hort. Paris.* verus ſativus autumnalis *Park. in Parad.* Crocus autumnalis ſativus Anglicus *hort. Lugd-Bat.* Spica Ciliſſa poetarum *Jo. Bodæ.* Crocus verus nuſquam niſi Autumno florens, odoris ſuaviſſimi, coloris purpuraſcentis *P. Lauremberg. in apparatu. True or common Saffron.* Colitur in agris.

N. 1. Quod veteres de cultura croci tradunt multùm differt à conſuetudine noſtri temporis, curàque quam nunc in eo tuendo ruſtici adhibent: Illi enim

enim, teſtibus Theophraſto *lib. 6.* & Plinio *lib.* 21 *c. 6.* loca ubi ſererent eligebant preſſa veſtigiis hominum, arbitrabanturque quantò magis ſolum terreretur tantò meliùs provenire: Nunc verò nihil tam inimicum putant, quàm pedibus terram eam calcari ubi crocus ſeritur, ſummóque ſtudio ſepibus inſtructis & bruta & homines arcent. *J. B.*

2. Hibernicæ mulieres induſia ſua croco tingunt tum ut ſerventur immunia à pediculis, tum ut robur membris indè accedat. *Lauremberg. apparat. plant. p. 44.* Idem & nautas noſtros factitare tradunt.

3. Mirum videtur crocum, quem adeò tenuium eſſe partium tradunt, non tantùm urinam ſuo colore tingere, ſed etiam excrementa alvi.

Cruciata *Dod. Ger.* vulgaris *Park.* minor *Lob.* minor & Aſperula aurea *Lugd.* Gallium latifolium Cruciata quibuſdam flore luteo *J. B.* Cruciata hirſuta *C. B. Croßwort, or Mugweed.* Ad ſepes & in ſylvis.

N. In caule quadrato bina ſemper folia ſibi invicem ex adverſo oppoſita (ideóque alata dicuntur) modico intervallo diſtantia ab aliis binis, alia duo latera quàm priora occupantibus, videre licet: item quatuor ex quatuor lateribus orientia, ut in Cruciata Dodonæi & Erythrodano quod Rubiam tinctorum vocant: tria verò aut quinque aut plura reperiet nunquam. *Spigel Iſag. lib. 1. cap. 11.*

Cuſcuta major *C. B.* Cuſcuta ſive Caſſiutha *Ger.* Cuſcuta *Park.* Caſſiuta ſive Cuſcuta *J. B. Dodder. Commonly growing upon beans.*

N. Hæc planta ſingularis eſt: nec enim folia habet, nec radicem: Foliis ſemper, radice poſtquam adoleverit deſtituitur. Vide *C. Hofman. de medicam. officin. lib. 2. c. 78. & Park.*

Cyanus *J. B. Tur. Cæſn. hort.* minor vulgaris *Lob. Ger.*

Ger. Park. ſegetum *C. B.* ſegetum vulgaris *hort. Hafn.* Baptiſecula & Pes gruis *Trag.* Flos S. Zachariæ *Jun. nomenc.* Variat floris colore cæruleo, purpureo, carneo, albo. *Blew-bottles.* Inter ſegetes.

Cynocrambe mas & fœmina *Ger. emac.* mas & fœmina, ſive Mercurialis repens *J. B.* Mercurialis ſylveſtris Cynocrambe dicta vulgaris mas & fœmina *Park.* Mercurialis III, ſive montana teſticulata, & Merc. IV, ſive montana ſpicata *C. B.* Merc. canina mas & fœmina *Col. Dogs Mercury.* In ſylvis & ſepibus.

Cynogloſſum vulgare *J. B.* majus vulgare *C. B. Park. Ger.* Lycopſis *Lac. Great Hounds-tongue.* Ubique ſecus vias.

N. 1. Hujus plantæ fœtor caninus eſt. *C Hofman. de medicam. Offic. lib. 2. c. 79.* Certè digitis compreſſa expirat odorem canis madidi calentis.

2. Cynogloſſum nullum proferre caulem ſcripſit Dioſcorides, quia nonniſi poſt tertium annum plantæ adnaſcitur. *Marant. method. cogn. ſimpl. lib. 2. cap. 4.*

Cynogloſſa topiaria, *v.* Alyſſon Germanicum echioides

Cynoſorchis, *v.* Orchis.

Cyperus longus inodorus ſylveſtris *Ger.* longus inodorus vulgaris *Park.* longus inodorus ſylveſtris Lobelio *J. B.* longus inodorus Germanicus *C. B. Long baſtard Cyperus. In the watery places of Hinton moor, and in divers Fen ditches.* Quòd planta quam intelligimus eadem ſit cum hac cujus Synonyma dedimus non audemus fidenter nimis aſſeverare; quia huic caules triangulares tribuunt Gerardus & Parkinſonus, cùm noſtra rotundos obtineat. Verùm horum autoritate non multùm movemur, fortè enim ex conjectura ità ſcribunt, & quoniam omni cypero eſſentiale eſſe arbitrabantur caules habere triangulares. Certè aut hæc eſt, aut nondum exſtat deſcripta.

Daucus

D.

DAucus officinarum *C. B.* agreſtis Galeno de alim. *ejuſdem.* vulgaris *Cluſ. hiſt.* uſitatior officinarum Galliæ, Germaniæ, Italiæ *Lugd.* Paſtinaca ſylveſtris ſive Staphylinus Græcorum *J. B.* ſylveſtris tenuifolia *Ger. Park. Dod.* ſylv. tenuifolia Dioſcoridis *C. B.* Staphylinus ſylveſtris *Trag. Caſ. Wild Carrot or Birds neſt.* Ubique in paſcuis.

Dens leonis *Ger.* vulgaris *Park.* D. l. latiore folio *C. B.* Aphaca ex olerum genere Theophraſti 7 *hiſt.* 7, 10. *C. B. Jo. Bod.* Aphace Plinii *lib.* 21 *c.* 15, & 17. & Hedypnois Plinii *l.* 28. *c.* 8. *C. B.* Hedypnois ſive Dens leonis *Fuch. J. B.* Hedypnois Dalechampii *Lugd.* Hieracium minus, Hedypnois altera Plinii *Geſn. hort.* Heracium majus Dioſcoridis *Trag.* Taraxacon *Offic.* minus *Lon.* Chondrilla altera & Roſtrum porcinum *Dod. gal. Thal.* Chondrilla Galeni *Ang.* Urinaria, Gallis pueris Lectiminga *Ad. Lob.* Caput monachi *Jun. nomenc. Lob.* Ambubeia *Jun. Dandelion.* In paſcuis ubique. Toto ferè anno floret.

N. Huic plantæ non immeritò apiaſtri ſive meliſſophylli nomen tribui poteſt, quia per integrum ferè anni tempus, quo operi ſuo apes incumbunt, hujus floribus non parum laboris impendunt. *Butler. tract. de apibus cap. 6. num.* 34.

Dipſacus *Lac. Lon. Tab.* ſylveſtris *Dod. ut. Tur. Geſn. hort. Park. Ger.* ſylveſtris, aut Virga paſtoris major *C. B.* ſylv. ſive Labrum Veneris *J. B.* Labrum Veneris *Cord in Dioſc. Ad. Lob.* Veneris alterum *Matth.* Carduus fullonius erraticus *Trag. Wild Teaſell, Venus baſon.* In incultis, & ad ſepes & vias.

N. I.

N. 1. Aqua pluvia in alis foliorum hujuſce plantæ ſtagnans commendatur ad verrucas abigendas, ſi manus eâ aliquoties laventur. Atque hinc fortaſſe Labri Veneris nomen obtinuit.

N. 2. Hujus ſingulis capitulis ſinguli vermiculi, quos idcirco meritò ſolitarios dixeris, non rarò inveniuntur, Moufeto *Inſect. theat. l. 2. cap.* 20. deſcripti. Hos impari numero pennâ anſerinâ incluſos febre quartana laborantium collis amuleti aut remedii loco appendere vulgus noſtratium ſolet. Amphisbæna ſunt hæc animalcula, & caput tangentis digitum retrorſum incedendo properè devitant. In capituli medulla ſive meditullio domicilium ſibi roſtello excavant, cujus parietes unico tantùm ad ſuperiorem partem oſtiolo, ubi primùm irrepſerunt, perforantur; cujus beneficio & aere fruuntur & liberum habent poſt transmutationem exitum. Hanc enim metamorphôſin cùm vere proximo appetente inſtare ſentiunt, ità ſibi textum cubile formant, ut caput juxta foramen poſitum patentem viam inveniat. Interim ſub tecto hyemem tranſigunt, à pluviis & frigore tuti, donec inſequente Maio vel muſcæ quod ſæpe fit, vel papilionis quod frequentiùs formâ prodeant. Papilio eſt è minimarum nocturnarum genere, quæ ex chryſalide rotunda luteofuſca erumpit. Alvus ei brevis at habitior, in acutum deſinens, colore ſplendente inter plumbeum & argenteum medio tam ſuprà quàm infrà prædita: Antennæ, caput & ſummi humeri breves & nigri: crura ſena argentea, quæ ità in pedes terminantur, ut priores ex ſingulis ſinguli digitis conſtare videantur, ſequentes ex duobus, ultimi ex tribus, quorum digitorum ſuperiores ex ipſis tibiis oriuntur. Alæ quatuor, ſubtus alvo concolores, ſuperiùs etiam eodem colore ſed cum nigro eleganter variegato

tinguntur

tinguntur. Hæc papilio vel eſt eadem ultimæ phal
narum Moufeti *p.* 97. *lib.* 1. quam Anglicè *moth* dic
vel non admodum diſſimilis. Muſca cum ea quam
in roſa canina deſcripturi ſumus ſpecie eadē; magni
tudine tantùm, quâ hæc excellit, diverſa: quamv
enim alvi colore, quæ in hac tota nigra eſt, diſtingu
videatur, tamen ante juſtum naſcendi tempus ex i
volucro ſuo eruta, eiſdem & maculis & color
quibus illa tingitur. Utraque verò ſpecie conven
cum tripilium muſcarum altera Moufeti *l.* 1. *c.* 1
p. 64. nec aliter diſtingui videntur, quàm quòd inte
has rariùs occurrat triplici ſeta donata, & harum
etiam ſetæ pro ratione corporum breviores ſun
quàm quæ in Moufeti icone pinguntur. ¶ Eande
dubiam transmutationem obſervavimus & in eruc
quâdam minimâ ſepiaria, quæ non rarò in muſcam
ſed ſæpiùs in papilionem abit, & in nonnullis aliis
Digna res eſt ulteriori examine, & in qua ſe exerce
ant qui otio & ingenio abundant.

Dipſacus minor *Geſn. hort. Thal.* minor ſive Virg
paſtoris *Ger. emac.* ſecundus capite rotundo *Dal
champii in Plinium.* ſylveſtris capitulo minore, ve
Virga paſtoris minor *C. B.* Virga paſtoris *Par*
paſtoris vulgaris *I. B.* paſtoris & Dipſacus fatuu
Cam. Cardui fullonum 3 genus *Trag.* Dipſacus
& Galedragon Plinii *Dod. ut.* Molybdæna Plini
*vulgó. Shepheards Rod. About Ditton, and in many
other places.*

Dulcamara, *vide* Solanum lignoſum.

Dracunculus minor Dioſcoridis, *vide* Arum.

E

EBulus *Trag. Matth. Fuch. Tur. Lob.* Eb. ſive
Sambucus humilis *C. B. Cer. Park. Dod.* Eb. ſive
Sambucus

Sambucus herbacea *I.B.* Sambucus pumila *Hermolai.* Helioſacte ſylveſtris aut Euboica Sambucus *Trag.* qui & Sambucum æſtivalem dici poſſe tradit. Chamæacte Dioſcoridis *C. B. Danewort or Wallwort. In Madingley, by a well on the hill not far from the church, in the ſtreet: along the balks of the plowed fields next the cloſes, on the left hand of the horſeway to Cherry-hinton, and in Cherry-hinton church-yard, and many other places.*

N. Si capra nutriatur Ebulo per diem et noctem, lacte ejus ventriculum repurgatum iri experimentum eſt Jo. de Monte apud *I. B.*

Echium vulgare *C. B. I. B. Park. Ger. emac.* Lycopſis *Cord. in Dioſcor.* Anchuſa major. *Cæſ.* ſylveſtris *Thal. Vipers Bugloſſe.* In arvis.

Echium alterum *Dod.* Lycopſis *C. B.* Lyc. Anglica *Lob. Park. Ger. Lugd.* Cynogloſſa vera *Caſt.* Borago ſylveſtris tenuifolia *I.B. Wall Bugloſſe.* In muris & agris ſiccioribus. ¶ Jo. Bauhino non tres ſed una & eadem omnino planta videntur eſſe Onoſma *Matth. Lac. Lon. Caſt.* Cynogloſſum Dioſcoridis *Matth.* & Echium vulgare, ut pluribus probat. *Tom. 3. lib. 33. p. 587.*

Echium ſcorpioides arvenſe, *vide* Myoſotis ſcorpioides arvenſis.

Elæagnus Cordi *Lob.* Chamælæagnus *Dod.* Rhus ſylveſtris Plinii *Dod. Gall.* ſylv. altera *Lugd.* IV, ſive myrtifolia Belgica *C. B.* Myrtus Brabantica *Ger.* Rhus ſylv. ſive Myrtus Brabantica aut Anglica *Park.* Gagel Germanorum et Myrtus Brabantica quibuſdam *Ad. Lob.* Gale frutex odoratus Septentrionalium *I. B. Sweet Willow, Gaul, Dutch Myrtle. In the fens in the Iſle of Ely in many places abundantly.* Maio et Junio flores apparent, Julio et Auguſto ſemen perficitur.

N. Plantæ

N. Plantæ odoratæ ferè omnes amaræ, non rarò etiam acres. vid. *Theophr. de cauſ. l. 6. c. 13.*

Elaphoboſcum *Matth. Dod. gal. Caſt.* erraticum *Tab.* Paſtinaca latifolia II, ſive ſylveſtris latifolia *C. B.* latifolia ſylveſtris *Ger. Park. Dod.* Paſt. Germanica ſylveſtris, quibuſdam Elaphoboſcum *I. B. Wild Parſnep.* In agrorum marginibus.

Elatine folio acuminato *Park.* altera *Dod. Lob. Ger.* fœmina folio anguloſo *I. B.* ſagittæ folio *hort. Par. hort. Gron. hort. Lugd-Bat.* II, ſive folio acuminato in baſi auriculato, flore luteo *C. B.* Linaria hederulæ folio *Col Sharp-pointed Fluellin* Inter ſegetes.

Elatine folio ſubrotundo *C. B. Park.* mas folio ſubrotundo *I. B.* Veronica fœmina *Matth. Fuch. Dod.* fœmina Fuchſii ſive Elatine *Ger. Female Fluellin or Round-leaved female Fluellin, or Speedwell.* Cum priore.

Eleoſelinum, *vide* Apium paluſtre vel Paludapium.

Enula campana *Offic. Cam. Park.* Helenium. *Brun. Matth. Dod. ut. Ad. Lob. Ger. Cam.* vulgare *C. B.* I Dioſcoridis *Ang.* Helen. ſive Enula campana *I. B.* Panax Chironium Theophraſti *Ang. Cord. Elecampane. In the fields about Madingley in great plenty and at Barton and many other places.*

Equiſetum arvenſe longioribus ſetis *C. B. Park.* Hippogetale *Ger.* Polygonum fœmina *Fuch. ico.* Hippuris minor *Trag. Dod. Thal.* arvenſis major *Tab.* Equiſetum minus terreſtre *I. B. Corne Horſe-tail.*

Equiſetum fœtidum ſub aqua repens *C. B. I. B. Park.* 8, ſeu fœtidum ſub aqua repens Bauhini *Ger.* minimum aquis cœnoſis innatans, vel ſub iis occultans ſemper, breviſſimis et aſperis ſetis ac caulibus toſum virus olentibus *Lugd. Stinking water Horſe-tail.*

Equiſetum nudum *Ger.* junceum Tragi *Lugd.* juncea

ceum ſive nudum *Park.* X, (i.) foliis nudum non ramoſum ſive junceum *C. B. Naked Horſe-tail.* In humidis et uliginoſis. *Jo. Bauhinus tom.* 3. *lib.* 36. *cap.* 27. hanc ſpeciem cum iis quæ foliis prædita ſunt confundit, eorúmque aſparagum eſſe aſſerit: cui ſententiæ et nos etiam ſuffragamur, ſiquidem ex eadem, quantum conjicere licuit, radice ſcapos alios nudos, alios foliis veſtitos, alios ex parte duntaxat nudos enatos conſpeximus.

Equiſetum paluſtre brevioribus foliis polyſpermon *C. B.* alterum brevioribus foliis *Park.* Polygonum fœmina *Matth. Eric. Cord. Geſn. Dod. Amat. Ang. Caſt. Lugd. Tab.* fœmina Dioſcoridis *C. B.* Equiſeti facie Polygonum fœmina *I. B. Female Horſe-tail. In the rivulet that runs by Paper mils, and in that which comes from Trumpington in many places.*

Equiſetum primum *Matth. Lac.* majus *Lob. Ger.* majus paluſtre *Park.* majus aquaticum *I. B.* paluſtre longioribus ſetis *C. B.* Hippuris major *Brunf. Dod. The greater marſh Horſe-tail.* Ad rivulos et in aquoſis.

Equiſetum paluſtre ramoſum aquis immerſum, ſeu Millefolium aquaticum equiſetifolium. Radice eſt fibroſa, caulibus tenuibus admodum pro plantæ magnitudine, rotundis, geniculatis, infirmis, fragilibus, cubitalibus et longioribus, in plures cauliculos brachiatis. Folia ut in equiſeto genicula circumſtant viridia, fragilia, ſingula primò in duo velut cornua diviſa, et utrumque ferè cornu denuo in alia duo, extuberantiis quibuſdam ad latus pronum veluti denticulata. Flores ad genicula caulibus utrinque arctè adhærent glomerati, muſcoſi. *Horſe-tail water Mill-foil.* In aquis pigrioribus ferè ubique: quò magis miramur apud nullum autorem quem conſuluimus extare, aut ſaltem ſedula indagatione

à nobis non potuisse inveniri. An Hippuris lacustris foliis mansu arenosis *Gesn?*

Erica vulgaris *Ger. Park. Trag.* prima *Matth. Dod.* folio myricæ I, sive Erica vulgaris glabra *C. B.* myricæ foliis *Ad. Lob.* vulgaris humilis semper virens flore purpureo et albo *I. B. Common heath. On Gogmagog hills and Newmarket heath.*

Erigeron, *vide* Senecio.

Eruca aquatica *Ger. emac. Park. Small water-Rocket. In many places by water-courses and rivers, but especially in the Fens.*

Eruca lutea latifolia, *vide* Barbarea.

Erysimum Dioscoridis *Dod. gal.* Dioscoridis Lobelio *Ger.* vulgare *C. B.* Tragi flosculis luteis juxta muros proveniens *J. B.* Irio *Matth. Cord. in Dioscor. Lac. Lugd.* Irio sive Erysimum *Ad. Lob. Dod. Gast.* Ir. sive Erysimum vulgare *Park.* Sinapi alterum genus sylvestre *Fuch. ico.* Verbena fœm. & Sinapi 7 *Trag.* Verbena *Tur.* recta sive mas *Fuch. Lugd.* Cleome Octavii *Ang. Hedge Mustard.* Ad sepes & muros.

Erysimum Cereale, *vide* Fegopyron.

Esula exigua *Trag. Lob. Ger. emac.* Tithymalus cyparissias III, i. Tithymalus sive Esula exigua *C. B.* Tithymallus leptophyllos *Matth. Cam. Lugd. Thal. Park.* Tithymallus minimus angustifolius annuus *J. B.* Peplis minor Dalechampii *Lugd. Dwarf Spurge, or small annuall Spurge.* Inter segetes.

Euonymus *Matth. Dod. ut. Ang. Tur. Gesn. hort. Ad. Lob.* vulgaris *Park.* I, sive vulgaris granis rubentibus *C. B.* Fusanus Crescentio *ejusdem.* Euon. Theophrasti *Ger.* Tetragonia Theophrasti *Lugd.* Euon. multis, aliis Tetragonia *I. B.* Siler Plinii *Cal.* Maio floret, appetente Autumno siliquæ quadrangulæ purpureo tinguntur colore. *Spindle-tree, Prick-wood. In Madingley and Kingston woods, and elsewhere.*

N. Hujus

N. Hujus rami & baccæ ſunt quodammodo quadrangulares; quatuor ſc. lineæ coloris cinerei aut ruffi per longitudinem ramorum viridium decurrunt. Hoc tamen non obſtante, rami non adeò ſunt quadrati, quin adhuc univerſaliter verum cenſeri debet quod obſervat *Spigel. iſag. lib.* 1. *c.* 10. Omnes nimirum frutices arboréſque caules rotundos habere.

Eupatorium cannabinum fœmina *Ger.* cannab. fœm. Septentrionalium *Lob.* cannab. chryſanthemum *Tab.* aquaticum flore aureo *hort. Hafn.* aquaticum duorum generum *Park.* II, ſive Cannabina aquatica folio tripartitò diviſo *C. B.* Hepatorium aquatile *Dod.* Verbena ſupina *Trag.* Verbeſina ſive Cannabina aquatica flore minùs pulchro elatior & magis frequens *I. B. Water Hempe-Agrimony with a yellow flower.* In aquoſis.

Eupatorium aquaticum folio integro *Park.* Eupatorii cannabini fœminæ varietas altera *Ger. emac.* Eup. III, ſive Cannabina aquatica folio non diviſo *C. B.* Verbeſina pulchriore flore luteo *I. B. in append. tom.* 2. *Water-Hempe, or Agrimony with an undivided leafe. In the ditches cut out of the river behind Peter-houſe, and in the ditches near the bridge at Audrey cauſey and in many other places plentifully.*

Eupatorium cannabinum *Park. C. B.* cannab. mas *Ger. emac.* vulgare *Matth. Dod. Lugd. Tur.* adulterinum *I. B.* Eup. Avicennæ creditum *Ang. Geſn. hort. Cam.* Herba S. Kunigundis *Trag.* Trifolium cervinum aquaticum *Geſn. hort. Common Hempe-Agrimony or Dutch Agrimony.* Ad rivos.

N. Qui hujus florem digitis compreſſum naribus admoverit, & plantæ ramulum ſatis ſucculentum ore aliquandiu maſticaverit, ex nauſea indè orta fidem, ut arbitramur, habiturus eſt Geſnero *in epiſt.*

qui non invalidam vomitum excitandi facultatem hujus radicibus tribuit.

Eupatorium Græcorum, *vide* Agrimonia Officinarum.

Euphraſia cærulea, *vide* Myoſotis Scorpioides.

Euphraſia rubra, *vide* Cratæogonon Euphroſynes facie.

Euphraſia *J. B. Ger. Lob.* vulgaris *Park.* officinarum *C. B.* alba *Brunf.* Euphragia *Moth. Ang. Cæſ.* Ophthalmica ſive Ocularia *Eric. Cord. Eyebright.* In paſcuis, *as upon the moors, and Gogmagog hills, and almoſt in all meadows.*

F.

FAba major vulgaris *Ad.* major hortenſis *Ger.* veterum Græcorum *Fo. Bodæ. in Theophr. hiſt.* Boona ſive Phaſelus major *Dod.* Faba, cyamos leguminoſa *J. B.* quod nomen omnibus fabæ ſpecibus tribuit. *Great garden Beans.*

N. Semina cuncta ea parte qua plantis adhærent ſua principia habent, indéque radix primùm naſcitur. Hæc in faba ab Ariſtotele ὄμμα (i.) oculus dicitur. *Spigel. iſag. l. 1. c. 6.* Hoc in pleriſque ſeminibus verum eſt, an verò in omnibus teneat nec dubitamus: pro inſtantia ſit nucleus Dactyli, qui in gibba officuli parte circa medium longitudinis ſitus eſt, ubi parvulus conſpicitur umbilicus, unde germinatio incipit; an verò officulum ibi adnectitur fructui nondum comperimus, quin potiùs contrarium credimus.

Faba minor *Ad. Lugd.* minor ſylveſtris *Park.* minor ſive equina *C. B.* Boona ſive Phaſelus minor *Dod. Common Beans, or horſe-Beans.* Seritur in agris.

Fabaria, *vide* Telephium.

Farfara, *vide* Tuſſilago, & Populus alba.

Fag

Fagus ſepium, *vide* Oſtrys Theophraſti.

Fegopyron *Dod. Park.* Fagotriticum & Tragopyron *Ger. emac.* Fagotriticum *J. B.* Eryſimum Cereale *C. B.* Eryſim. Theophraſti *Lob.* Ocymum veterum *Trag.* Oc. Cereale *Cluſ. pan. Tab.* Frumentum Saracenicum *Matth. Lugd. Caſt.* Frumenti genus folio hederæ *Cord. in Dioſc. Buckwheat, Beech-wheat, Brank.* Seritur in agris, ſed rariùs.

Feſtuca & Avena Græca *Lon.* avenacea ſterilis elatior *C. B.* Ægilops prima *Matth. Tab.* Æg. Matthioli fortè *J. B.* Lolii 1 genus *Trag.* Bromos ſterilis *Lob. ico. Ger.* Virgilio Avena ſterilis *Trag. Wild Oats.* Ad ſepes.

Feſtuca altera *Dod.* Feſt. graminea glumis hirſutis *C. B.* Bromos ſterilis altera *Lob. Ger.* Lolium *Lon.* Gramen murorum *Dalechamp. Lugd.* Gramen Gros Montbelgardenſe *J. B. Drank, or ſmall wild Oats.* Secales eſt vitium, inter alias ſegetes rariſſimè inventũ *J. B.* Conſiderandum an non planta quam intelligimus ſit potiùs Feſtuca avenacea ſterilis humilior *C. B.*

Filipendula aquatica, *vide* Oenanthe.

Filipendula *Ger. Dod. Matth. Cord. hiſt. Tab. J. B.* vulgaris *Park.* vulgaris, an molon Plinii *C. B.* Oenanthe *Fuch. Lac. Lob.* vulgaris *Ad.* Dioſcoridis *J. B. Common Dropwort, On Gogmagog hills,* & alibi frequens.

Filix mas *Ger. Matth. Fuch. Dod. ut. Tur. Lob.* mas vulgaris *Park.* F. non ramoſa III, ſive dentata *C. B. Male Fern. About Gamlingay.*

N. 1. Hâc exſiccatâ non paucos in agro Salopienſi lupulorum loco in cereviſia conficienda uti ſolitos à fide digno accepimus.

2. Hanc in Foro Julio appendi in faſciculos, ad quos veſperi convolent muſcæ, eásque ità facilè capi,

circumjecto ſacco unicuique faſciculo, refert *J. B.* ex narratione D. Rantzii *in hiſtoria fontis & balnei Bollenſis, p.* 204.

Filix fœmina *Cord. Ang. Fuch. Lac. Lob. Matth. Dod. Ger.* fœm. vulgaris *Park.* major & prior Tragi ſive ramoſa repens *J. B.* ramoſa major pinnulis obtuſis non dentatis *C. B.* Avia Columellæ, quia avium pennas refert. *Jo. Eodæ. in Theophr. hiſt. Femele Fern, Common Brakes.*

N. 1. Filicem ſemine donatam eſſe aſſerunt Trag. J. B. C. B. *in ſynonymis ſuper Matthiolum*, Park. *in Theatro Bot.* & Johnſonus *apud Gerard. emac.* contra Theophraſtum, Dioſcoridem, Plinium, Galenum, Dodonæum, Spigelium in *Iſagoge*, & alios. Conſule ſuper hac re *J. B. tom.* 3. *lib.* 37. *pag.* 726. *Johnſon. in Ger. p.* 1129. *Park. in Theat. Bot. p.* 1036, 1037. Multa occurrunt ſuperſtitioſa de collectione ſeminum filicis, quam quidam ipſo ſolſtitiali die, alii vigiliis D. Joan. Baptiſt. ſubſtratis linteis inſtituendam aſſerunt.

2. Non ſolùm filix ſed & Adianthum, Aſplenium, Phyllitis ſemine carent. Inter alia verò fructu caret Gelſemimum, flore Ficus, folio Aſparagus ſylveſtris & Cuſcuta, radice Viſcum.

3. Cineres Filicis uſtæ vitro conficiendo idonei ſunt præ aliis, quia ſc. nitroſo ſale abundant.

Filius ante patrem, *vide* Lyſimachia filiquoſa.

Flos cuculi, *vide* Armerius ſylveſtris & Cardamine.

Fœniculum aquaticum ſtellatum, *vide* Stellaria aquatica.

Fœniculum aquat. *vide* Millefolium aquaticum.

Fragaria *Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Ger.* vulgaris *Park. C. B.* Fragaria ferens fraga rubra *J. B. Common Strawberry.* In ſylvis.

N. Vidi in eo qui copioſiùs comederat fraga, mul-

multas eorum particulas in matula, ut renes putarentur colliquari. Adeò feruntur ad renes. *C. Hofman. de Medicam. Offic. l. 2. c. 95.*

Fragaria minimè veſca *Park.* minimè veſca ſive ſterilis *Ger. emac.* ſylveſtris minimè veſca ſive ſterilis *Lob. ico.* VI I, ſive ſterilis *C. B.* non fragifera, vel non veſca *J. B. Barren Strawberries.* In ericetis & dumetis.

Fraxinus vulgaris *Ger. Park.* I, ſive excelſior *C. B.* prior & Βυμελία Theophraſto *ejuſdem.* bumelia Plinio & Bellonio *ejuſdem.* Fraxinus vulgaris, Μελία Dioſcoridis, Μελίαι genus excelſum & procerum Theophraſti *J. B. Common Aſh tree.* Multùm Homeri præconio & Achillis haſtâ nobilitata eſt hæc arbor, inquit Plinius, *l. 16. c. 13.*

N. 1. Hujus folia jumentis mortifera eſſe Græci prodidere, contradicentibus Plinio *loco citato,* & Gaſſendo *tom. 2. p. 148.*

2. Cortex interior hujus arboris aquam in qua maduerit cæruleam reddit, quam apponunt gallinis cùm morbis divexantur. *Cæſalp. apud Cam. in hort.* Nos hujus rei experimentum fecimus in aqua frigida ſine ſucceſſu, in aqua tepida in balneo tincturam dilutè cæruleam depoſuit.

3. In hujus ligno magìs apertè quàm in aliis ſe produnt circuli qui in arborum truncis & ramis tranſverſim ſectis conſpiciuntur. Hi in arboribus intra tropicos naſcentibus omni ex parte æqualiter inter ſe diſtant, & medullam pro centro legitimo obtinent, ut in ligno Braſiliano acanthino dicto obſervavit Gaſſendus *tom. 2. p. 178.* in cæteris verò regionibus vel ad Auſtrum vel ad Septentrionem poſitis meridiem verſus dilatantur, & à parte polum reſpiciente contrahuntur, adeò ut medullæ reſpectu habito ſemper excentrici reperiantur. Hinc multi

ex hac circulorum positura meridianum invenire docuerunt; & Geoponici peritiores arbores transferre monent, ut eundem denuò plantatis partium situm respectu plagarum cœli servent quem in priore statione obtinebant.

De circulis hisce quæ scitu & animadversione digna observavimus subjiciemus. 1. Ex numero circulorum arboris vel rami ætas dignoscitur; siquidem numerus circulorum numerum annorum quos vixerit æquat, nisi arbor crescere desierit. 2. Circuli interiores magis ad se invicem appropinquant quàm exteriores, tum quia ab exterioribus premuntur & constringuntur, tum quia lignum tempore arescit & contrahitur, unde si duo circuli exteriores viciniores sint quàm duo interiores, probabile est arborem annis illis quibus exteriores formabantur injuriam passam esse: unde etiam sequitur quòd arbores aut rami annosiores circulos minùs distantes obtineant. Hæc nota universaliter fortè non est vera. Probabile enim est, quòd in truncis arborum maximarum & quæ ob vetustatem jam crescere desiêrunt, quoniam succus tardiùs ascendit & maligniùs præbetur, atque in tanta trunci magnitudine incredibilis alimenti copia requireretur ad circulos crassos aut profundos efficiendos, circuli angustiores sint minúsque profunditatis obtineant. 3. Interiores circuli dum annis & siccitate contrahuntur, medullam spongiosam comprimunt magis & coarctant, donec in quibusdam omninò occultetur. Hæc medullæ compressio in Sambuco evidentissimè apparet. 4. Lignum inter circulos interiores durius est quàm inter exteriores, & plerunque colore saturatiore tingitur, nunquam certè dilutiore; hinc exterior pars ligni à colore *Alburnum* dicitur Plinio *lib.* 16. *c.* 38. ¶ 5. Arbores & rami qui in altitudi-

nem

nem per plures annos crescunt, in parte superiore pauciores circulos monstrant quàm in inferiore, exteriores autem circuli utrisque communes sunt, non interiores; nam exteriores interioribus quotannis superponuntur; unde & interiores, qui cacumen ut diximus non attingunt, semper in punctum desinunt, & singuli velut conum efficiunt, ut perspicuè videre licet in abietis tabulis per longitudinem arboris sectis. Pecten arboris *Plinio lib. 16. cap. 38.* διάφυσις *Dioscoridi* & κτηδὼν *eidem* & *Theophrasto*, sive linearum tractus, qui in longitudinem excurrit in materia, quémque Anglico vernaculo sermone *the grain of the tree* dicimus, ex hisce circulis per longitudinem arboris sectis oritur 6. Probabile est unicuique arbori sicut crescendi finem ità & circulorum numerum á natura determinatum esse, quem excedere nequeat. Hæc est conjectura *D. Nid*, cui fateor me non posse assentire. Existimo enim, quandiu arbor vivit tandiu novos quotannis circulos superinduci, sed angustiores semper & tenuiores, donec tandem consumpto omni vigore arbor intereat. Hinc tamen arboris annosæ ætas dignosci non poterit, tum quia plerunque interius lignum putrescit, tum quia circuli exteriores adeò tenues erunt, ut non facilè distingui & numerari poterunt.

Fumaria *Trag. Matth. Fuch. Dod.* vulgaris *Park. J. B.* F. non bulbosa I, seu officinarum & Dioscoridis *C. B.* officinarum annua *hort. Hafn. hort Gron.* Fumus terræ *Brunf. Cam. Thal.* Capnos *Ang. Ad. Lob.* Cerefolium felinum *Schwenckfeldio. Fumitory.* In arvis & hortis.

Fungi esculenti & non esculenti variæ species. *Mushromes of severall sorts.*

N. Fungus qualiscunque sit semper malignus est, semper

ſemper exitialium qualitatum apparatu inſtructus etſi non ſtatim ſentiatur, frequenter tamen comeſtus neſcio quid ſucceſſu temporis occultæ machinationis in interiore viſcerum adminiſtratione moliatur. *Kircherus de peſte.*

Fungus favaginoſus *Park. Lob.* rugoſus vel cavernoſus *J. B.* poroſus *C. B.* Fungorum præcipuum genus *Geſn. in coll. Honey-combe-Muſhrome. Beyond Ditton.* Creſcit menſe Aprili & uſque ad Maii finem.

Fungi arborei ad ellychnia *J. B.* F. durus arborum ſive igniarius *Park.* igniarius *Trag.* igniarius, vulgo eſca *Cæſ.* F. noxius I I I, ſive F. in caudicibus nascens unguis equini figurâ *C. B.* Ellychnion Tarſi cum Galeni *Cornario.* An F. lignoſus arboreus an furfures *J. B. tom.* 3. *p.* 840? Eſt enim igniarii ſpecies *Cæſalpino. Touchwood.* Sic apud *Parkinſonum* Anglicè dicitur. Tragus etiam modum conficiendi tradit apud *J. B.* Decoquunt fungos hoſce in lixivio, & ſiccatos tundunt; rurſus nitro coquunt, ut igni concipiendo idonei evadant. Vidimus in tractu co juglandis naſcentem qui à *J. B.* deſcribitur *t.* 3. *p.* 840.

Fungus pulverulentus dictus crepitus lupi *J. B.* Lupus crepitus ſive fungus ovatus *Park.* Fungus 3 ſive orbicularis *Ger.* orbicularis *Dod.* Fungus glomeratus rotunditatis *Lob.* Fungus veſicarius, aliis Ovum lupi *Imperat.* F. noxius X L I I, ſive rotundus orbicularis *C. B* Pezicæ Plinii *Cæſ.* Fungus Chirurgorum *Schrod. pharmac. Puffe-balls, or Duſty Muſhrome. Gogmagog hilles, Newmarket heath and the Hill health.*

N. Chirurgi hujus fruſtum imponunt ſectæ venæ ad ſiſtendum ſanguinem vulnúſque conſolidandum *Schroder. Pharmac. l.* 4. *c.* 41.

Galeg

G

Galega *Ad. Lob. Lugd. Ger. I. P.* vulgaris *C. B. Park.* Galega ſive Ruta capraria *Park. Matth. Geſn. hort. Goats Rue. Reported by Parkinſon to have been found growing in the meadows about Linton: we could not find it there, and do Juſpect that it is not there to be found.*

Galega ſylveſtris *Dod. vide* Aracus *Tab.*

Galeopſis legitima Dioſcoridis *Park. Clus. hiſt.* vera *Ger. emac.* Gal. ſive Urtica iners magna fœtidiſſima *I. B.* Lamium maximum ſylvaticum fœtidum *C. B.* Urtica Heraclea *Lugd. Trag.* Urtica iners rubea ſpicata *Hort. Gron. hort. Bat. inter indigenas. Hedge-nettle.* In ſepibus frequens.

N. Hujus radices Belgarum aggeres contra vim oceani ſuſtinent. *Georg. Bruin. in Theat. urbium, in indice ſub litera B.*

Galeopſis ſive Urtica iners minor folio caulem ambiente *I. B. v.* Alſine hederula altera.

Gallitricum, *vide* Horminum ſylveſtre.

Gallium album *Tab. Ger.* paluſtre *Dod.* IV, ſive paluſtre album *C. B.* Gallii albi ſive molluginis vulgatioris varietas minor. *Park.* Aparine lævis paluſtris *Thal. White flowered Ladies Bedſtraw. On Tuerſham moor, and many other moiſt places.*

Gallium luteum *Lob. Ger. Park.* arvenſe luteum. *C. B. apud Matthiolum.* I, ſive luteum *C. B.* verum Dioſcoridis & Galeni *I. P.* Bubonium *Geſn. cat. Ladies Bedſtraw, Cheeſe-rening, in Yorkſhire Maidenhair.*

Garoſmum, *vide* Atriplex olida.

Geniſta ſpinoſa vulgaris *Ger. emac.* ſpinoſa major longioribus aculeis *C. B.* ſpinoſa major vulgaris ſive

ſcorpius

Scorpius Theophrasti, quod Gaza Nepam transtul
Park. Furze, Whins, Gorſſe. On Newmarket hea
and about Gamlingay.

Geniſta *Ger.* & etiam Chamægeniſta Anglica *ejuſde*
ex ſententia *C. B.* & *Johnſoni.* vulgaris ſive ſco
paria *Park.* non ſpinoſa I, ſive anguloſa & ſcopari
C. B. anguloſa trifolia *I. h.* qui *Tom.* 1. *l.* 11. dua
habet deſcriptiones & duas icones ejuſdem, unam
ſine Rapo *p.* 388, alteram cum Rapo *p.* 390. ipſe ver
cur ità fecerit rationem reddit loco proximè citato
Geniſta quadrato junco prima *Cæſ. Common Broom*
In the cloſes about Gamlingay, and at Stitchworth.

Geniſtella aculeata *Park.* aculeata folioſa *I. B.* Ge
niſta aculeata *Ger.* ſpinoſa III, ſive minor Germa
nica *C. B. Needle-Furze or Petty Whins. On a hea*
beyond Gamlingay by Sr Roger Burgoynes park pleni
fully.

Geniſtella infectoria *Ad. Lob. Ger.* Geniſta tinctori
Dod. tinct. Germanica *C. B.* tinct. vulgaris *Par*
Cluſ. hiſt. Tinctorius flos *I. B. Fuch. Green-wee*
Diers-weed, Woodwaxen. On a buſhy common on t
north ſide of Madingley; at Cheveley, &c.

N. Plantæ omnes tinctoriæ ſive infectoriæ tenu
um ſunt partium, & ad obſtructiones ſolvendas fr
reſerandas inprimis utiles, ut videre eſt in Croc
Rubia tinctorum, granis Chermes, interiore Be
beris cortice, Curcuma &c. Glaſti etiam decoctu
jecinoroſis utile eſſe Tragus aſſerit. Ratio eſt
quia alterius corporis partes minutas tingendo n
quit ſubire quod tenuibus partibus deſtituitur.
Hofman. de medicam. Officin. l. 2. *c.* 196. *p.* 553.
Verulam. nat. hiſt. cent. 7. *exp.* 692.

Gentianella fugax autumnalis minor *Ger. emac.* a
tumnalis centaureæ minoris foliis *Park.* fugax fr
annua 4 Cluſii flore dilutè purpuraſcente *I.*

Gentian

Gentiana pratenſis VII, ſive anguſtifolia autumnalis minor floribus ad latera piloſis *C. B. Baſtard or dwarf Autumnall Gentian or Fellwort.* Hujus duæ ſpecies ab autoribus recenſentur.

Geranium arvenſe vel minus *Tab.* cicutæ folio inodorum *Ger.* cicutæ folio minus & ſupinum *C. B.* moſchatum inodorum *Park.* moſchatum folio ad myrrhidem accedente minus *I. B.* Myrrhis ſive Myrrhida Plinii *Matth. Lob. Field Cranes-bill without ſent. On the banks in the highway between Cambridge and Barnwell,* & alibi frequens.

Geranium batrachoides *Dod. Cam. Thal. Lugd. I. B.* batrachoides ſive magnum cæruleum *Ad.* batrachoides majus flore cæruleo *hort. Bata. hort. Hafn.* anemones folio rotundo V, ſive Geran. batrach. Gratia Dei Germanorum Lobelio *C. B.* Ger. batr. flore cæruleo *Park. in parad. Crowfoot-Cranes-bill. In the hedges about Bigwin cloſes, about Cherry-hinton and Hiſton and many other places.*

Geranium columbinum *Tab. Ger.* columb. vulgare *Park.* folio rotundo multùm ſerrato, ſive columbinum *I. B.* folio malvæ rotundo *C. B.* Pes columbinus *Dod. Ad. Lob. Doves-foot or Doves-foot-Cranes-bill.*

Geranium columbinum majus diſſectis foliis *Ger. emac.* malacoides laciniatum ſive columbinum alterum *Park.* malvæ folio II, ſive columbinum tenuiùs laciniatum *C. B. Doves-foot with deeply cut leaves.* In pratis & ad ſepes paſſim.

Geranium malacoides ſive columbinum minimũ *Park. C. B. The leaſt Doves-foot. On the hill of health,* & alibi in ſterilioribus. Variat floris colore.

Geranium hæmatodes *Thal. Cam. Park.* Anemones folio rotundo IV, ſive ſanguineum maximo flore *C. B.* ſanguineum ſive hæmatodes craſſa radice *I. B.*

batra-

batrachoides minus ſive hæmatodes *hort. Par.* gruinum ſanguinale hæmatodes ſupinum radice reptrice *Lob. ico.* Geranii altera ſpecies major montana & Iſchæmon *Cæſn. hort.* Sanguinaria radix *Trag.* Ger. ſanguinarium *Ger. Bloudy Cranes-bill. Found on Newmarket heath in the Devils ditch, alſo in a wood adjoyning to the highway betwixt Stitchworth and Chidley.*

Geranium Robertianum *Ad. Lob. Dod. Cam. Tab. Ger. Park.* Robertianum murale *I. B.* folio cicutæ vel myrrhidis V, ſive Robertianum I, *C. B.* Herba Ruperti & Geranium ſecundum Dioſcoridis *Lugd. Herbe Robert.* Ad ſepes.

Geranium ſaxatile *Cer. emac. Cam. Park.* lucidum *I. B.* anemones folio rotundo XV, ſive lucidum ſaxatile *C. B. Shining or ſtone Doves-foot. On the bank and in the hedge on the right hand of the lane leading from Cambridge to Cheſterton plentifully,* & alibi.

Geum, *vide* Caryophyllata.

Gladiolus paluſtris *Cord. Ger.* Juncus floridus *I. B. Matth. Park.* floridus major *C. B.* cyperoides floridus paludoſus *Lob.* Butomos Theophraſti *Cæſ.* Calamogroſtis 2 *Trag.* 1 *Lugd. Water Gladiole, The flowring Ruſh. In the river between Cambridge and Grancheſter, and in many rivulets and watery ditches about the country.*

Glaſtum ſativum *Ger. Park. Tur. Ad. Lob. Cam.* Iſatis ſativa *Trag. Fuch. Dod. ut. Cord. in Dioſc. Geſn. hort.* ſativa vel latifolia *C. B.* Iſatis Græcorum, Nili Avicennæ, Indicum officinarum *Fragoſo.* Iſatis ſive Glaſtum ſativum *I. B.* Vitrum herba Latinis, Vitruvio, Mela, Cæſare & Marcello Empirico teſtibus, *Jo. Bodæ. in Theophr. hiſt. Woade. Planted about Littleport in the iſle of Ely.* Neſcio an ſativa differat à ſpontanea niſi culturæ ratione. *I. B. tom.* 2. *l.* 21. *p.* 510.

N. Hujus

N. Hujus ſucco Britanni olim ad corpora ſua cæruleo colore inficienda uti ſolebant. Vide *Plin. lib. 22. c. 1. & Cæſ. in comment. de bello Gallico lib. 5.*

Glaux Dioſcoridis *Ger.* Hiſpanica *I. B.* Hiſpanica Cluſii *Park.* Cicer ſylveſtre III, ſive Ciceri ſylveſtri minori affinis ſi non idem *C. B.* Anthyllis altera lenti ſimilis *Dod. Dioſcorides his Milk-tare, or Cluſius his Spaniſh Milkwort. On the drier part of Hinton moor, and almoſt all over Newmarket heath and Gogmagog hills.* Hujus ſiliquæ breves ſemen continent, quod eam cordis formam æmulatur quæ in chartis luſoriis pingitur.

Glaux vulgaris *Ad. Lob. Cluſ.* vulgaris leguminoſa ſive Glycyrrhiza ſylveſtris *Park.* Glycyrrhiza ſylveſtris floribus luteopalleſcentibus *C. B.* Fœnugræcum ſyveſtre *Trag. Clus.* Fœnum Græcum ſylveſtre, ſive Glycyrrhiza ſylveſtris quibuſdam *I. B.* Hedyſarum Glycyrrhizatum *Ger. emac. Wild Liquorice, or Liquorice Hatchet-vetch. About the caſtle hill at Cambridge: by the lanes ſide that leads from Cambridge to Cherry-hinton church and elſewhere.*

Glycyrrhiza vulgaris *Ger. emac.* vulgaris ſiliquoſa *Park.* ſiliquoſa vel Germanica *C. B.* radice repente vulgaris Germanica *I. B.* Dulcis radix *Trag. Tur. Geſn. hort.* Radix Scythica Theophraſti *Jo. Eodæ. in Theophr. hiſt. Common Liquorice. Planted in good quantity at Elme in the iſle of Ely.*

N. In omnibus leguminoſis reperitur amaror etiam in Glycyrrhiza. *C. Hofman. de medicam. officinal. lib. 2. cap. 313.*

Gnaphalium minus ſive Herba impia *Park.* vulgare majus *C. B.* Filago ſive Herba impia *Ger.* Gnaph. Germanicum *I. B.* Centunculus *Tur. The leſſer Cudweed or Herb impious.* In arenoſis & ſterilioribus.

Gnaphalium

Gnaphalium vulgare ſive 2 *Ger.* medium *C. B.* Gn
phalio vulgari ſimilis *I. B.* Filago minor *Park.* D
Lob. Common Cudweed. In dry ditches, &c.

Gnaphalium minimum *I. B.* Filago minor G
Gnaph. minus repens *C. B.* minimum repe
Park. Certè noſtrũ non repit ſed erectum eſt, & op
mè reſpondet figuræ Lobelianæ apud *Ger.* & *I.*
*The leaſt Cudweed. In the ſandy grounds about Gr
lingay.*

Gnaphalium montanum album *Lob. ico. Tab.* G
montanum Dalechampii *Lugd.* montanum I, fi
montanum flore rotundiore *C. B.* montanum ſi
Pes cati *Park.* Pes cati *Offic.* Piloſella min
Fuch. Cluſ. Piloſella minor quibuſdam, aliis Gn
phalii genus *I. B.* Lagopus 2 *Trag.* Auricula mu
Lon. Hujus plantæ icon, quæ habetur tam in G
rardo quàm in Parkinſono, vitioſa & mala eſt,
cuilibet eam conferenti vel cum ipſa planta,
cum Lobelii figuris in *Adv. & ico.* ſatis conſtab
nec magis placet icon *I. B.* Optima apud Lob
um habetur in *Adv. & ico. Mountain Cudwee
Catsfoot. On Newmarket heath, on the right hand
the road from Cambridge to Newmarket, about a qu
ter of a mile from the beacon, and in other places
the heath in great plenty.* Reperitur ibidem cum flo
etiam purpureo.

Gramen alopecuroides minus *Park. Ger.* typhoid
molle *C. B.* Gramen Alopecuroidi accedens
Phalaridi, ſpicâ longiuſculâ, folio lanuginoſo *I.*
noſtri tamen folia non ſunt adeò lanuginoſa. a
pecuroides *Lob. Small Fox-tail graſs.* In paſcuis,

Gramen Alopecurinum minus *Ger.* alopecuroi
minus alterum *Lob. ico.* alopecuroides ſpicâ lon
majus & minus *Park.* typhoides V, ſive ſpica a
guſtiore *C. B.* cum cauda muris purpuraſcen
I.

I. B. The leſſer baſtard Fox-tail-graſs. Inter ſegetes.

Gramen alopecuroides minus ſpicâ aſperâ brevi *Park.* Hoc an occurrat apud alios autores neſcimus, certè non eſt idem Gramini alopecuroidi ſpicâ aſperâ *C. B. Small rough-eared baſtard Fox-tail-graſs.* In paſcuis frequentiſsimum. Ab aliis ſpeciebus exinde facilè dignoſcetur, quòd in hoc utriculi ſive glumæ verſus unam duntaxat partem flectantur, adeò ut ſpica ſemirotunda videatur.

Gramen aquaticum ſpicatum *Lob. ico.* aquaticum geniculatum ſpicatum *C. B.* fluviatile ſpicatum *Ger.* Gramen cum parva cauda muris, radice non nodoſa, repens *I. B. Spiked Float-graſſe or Water-graſſe.* In aquoſis. *As beyond the caſtle near the Wind-mill in great plenty.*

Gramen aquaticum cum longiſſima panicula *I. B.* aquis innatans *Lob.* fluviatile *Ger. emac. Tab. Park.* ſpicatum aquaticum I, ſive aquaticum fluitans multiplici ſpica *C. B.* Agroſtis potamios *ejuſdem.* Gramen anatum *Trag. Float-graſs.* Ubique in rivulis & foſſis aquoſis.

Gramen aquaticum majus *Ger. emac. Lob. ico.* paniculatum aquaticum IV, ſive paniculatum aquaticum latifolium *C. B.* majus aquaticum Lobelii *I. B.* ubi icon aliena. Gr. harundinaceum aquaticum *Park. Great water Reed-graſſe.* Huic ferè peculiare eſt, quòd etiam ex inferioribus culmi geniculis radices emittat.

Gramen arundinaceum acerosâ glumâ noſtras *Park. Our great Reed-graſſe with chaffie heads.* Apud alios autores, quantum ſcimus, non extat, niſi fortè apud Lobelium in *illuſtrationibus ſtirpium. It is found in the river in many places, and in the Fen ditches in the Iſle of Ely.*

Gramen aſperum *J. B.* ſpicatum pratenſe V, ſive ſpicatum folio aſpero *C. B.* pratenſe Dalechampii *Lugd.* pratenſe ſpicâ multiplici rubrâ *Park.* *Rough Spiked graſſe.*

Gramen caninum *Ger.* caninum vulgatius *Park.* caninum arvenſe, ſive Gramen Dioſcoridis *C. B.* repens officinarum fortè triticeæ ſpicæ aliquatenus ſimile *J. B.* *Common Quich-graſſe.* Variant autores in deſcriptionibus hujuſce plantæ. Figura Gerardi meliùs reſpondet noſtro, quàm Parkinſoni; quod a Jo. Bauhino deſcribitur noſtrum non eſt, & ipſe meritò dubitat an ſit officinarum Gramen caninum, quod ſub titulo allato deſcribit.

Gramen cyperoides cum paniculis nigris *J. B.* cyperoides latifolium ſpicâ rufâ ſive caule triangulo *C. B.* cyperoides majus latifolium *Park. p.* 1266. cyperoides *Ger. Lob. Lugd. Cam. Tab.* *The great Cyperus graſſe.* Floret Maio, in foſſis & vadis amnium pigrorum.

Gramen cyperoides anguſtifolium ſpicâ ſpadiceo viridi minus an majus? *C. B.* Gr. cyperoides majus anguſtifolium *Park.* *The greater narrow leaved Cyperus-graſſe.* Hoc idem eſt, ut putamus, cum Gramine nigro-luteo verno *J. B.* quod in pratis humidis majus reperiri aſſerit: eſt tamen magnitudine inſignis differentia inter hoc & proximè ſequens.

Gramen nigroluteum vernum *J. B.* ſpicatum foliis caryophylleis *Park.* criſtatum & ſpicatum V I. ſive Gr. caryophylli foliis ſpicâ divulſâ, *C. B.* ſpicatum foliis vetonicæ *Lob. ico.* Gramen cyperoides ſpicatum *Ger. emac.* *Spiked Cyperus-graſſe.* In pratis humidis.

Gramen cyperoides paluſtre paniculâ ſparſâ *Park.* cyperoides vulgatius aquaticum *I. B.* cyperoides paniculâ ſparſâ majus *C. B.* aquaticum cyperoides vul-

vulgatius *Ger. Water or Marſh Cyperus-graſſe with ſparſed heads. In the ditches near Wisbich.*

Gramen cyperoides paluſtre majus ſpicâ compactâ *C. B.* Gr. paluſtre cyperoides triquetrum ſpicâ integrâ *I. B.* paluſtre cyperoides *Ger.* cyperoides paluſtre majus *Park. The greater Marſh Cyperus-graſſe.*

Gramen cyperoides paluſtre minus *Park.* cyperoides parvum *Ger.* cyperoides ſpicis minoribus minúsq; compactis *C. B. I. B. The leſſer Marſh Cyperus-graſſe.*

Gramen cyperoides ex monte Ballon, ſpicâ divulſâ *I. B.* cyperoides paluſtre majus ſpicâ diviſâ *C. B.* Gramen cyperoides paluſtre minus *Park. The leſſer ſparſed Marſh Cyperus-graſſe.*

Habemus præterea & alias duas ſpecies graminis cyperoidis quas nondum ſcriptas putamus: nec has quarum ſynonyma dedimus, ſatis accuratè diſtinguere potuimus, quoniam in deſcriptionibus graminum mira eſt autorum confuſio & diſcrepantia.

Gramen cyperoides ſylvarum tenuiùs ſpicatum *Park. Lob. in ſtirpium illuſtrationibus p.* 60. Hujus figura habetur apud *Parkinſonum Theat. Bot. pag.* 1172. *Slender-cared wood Cyperus-graſſe. In Madingley wood plentifully.* Floret circa finem Aprilis & initio Maii.

Gramen exile hirſutum *Ger.* nemorum hirſutum minus anguſtifolium *Park.* exile hirſutum cyperoides *Lob. ico.* nemoroſum hirſutum III, ſive hirſutum capitulis Pſyllii *C. B.* Gramen Luzulæ minus *I. B.* & Gramen exile hirſutum cyperoides Lobelii *ejuſdem*: ut ipſe, & nos cum illo arbitramur. In pratis frequens. *The leſſer narrow-leaved Wood-graſſe, Small hairy Wood-graſſe.* Floret circa finem Aprilis & initio Maii.

Gramen hirſutum majus paniculâ junceâ compactâ. Accedit ad Gramen hirſutum anguſtifolium majus *C. B.* præterquam quòd panicula non eſt adeò ſparſa. *Hairy graſſe with a compact ruſh-like panicle. In the paſtures about Gamlingay, near the boggy ground by Sir Roger Burgoynes park, where they dig turfs.*

Gramen junceum aquaticum Bauhini *Park.* junceum IX, ſive folio articulato aquaticum *C. B.* Gr. aquaticum *Tab. Ger.* aquaticum alterum *Lob. ico.* Juncus foliaceus capſulis triangulis *I. B. Ruſh-graſſe with joynted leaves, water Bur-graſſe.*

Gramen junceum maritimum *Lob. ico. Ger.* junceum X, ſive foliis & ſpica junci *C. B.* junceum maritimum majus *Park.* Juncus parvus cum pericarpiis rotundis *I. B. Marſh Ruſh-graſſe.* In pratis & a ſemitas. Synonyma quæ dedimus aliorum autorum plantæ quam volumus non convenire putamus; a Joannis Bauhini nomen, icon & deſcriptio optim reſpondent, ex quo & ſynonyma reliqua deſumpſi mus, & non elegimus pro arbitrio noſtro.

Gramen junceum aquaticum magis ſparſâ panicul *Park. Water Ruſh-graſſe with a ſparſed panicle.* J ctitat *Parkinſonus* ſe primò edidiſſe hanc plantam quin ſuſpicamur eum è *Lobelii* ſtirpium illuſtration bus tunc non editis ſuffuratum eſſe, ut pluri alia gramina, quorum inventionem ſibi arrog Nihil prorſus aut parùm admodum præterquam l co differre videtur hæc planta à Gramine junc folio articulato ſylvatico *C. B.* niſi fortè folia hoc non ſint articulata.

Gramen junceum *Ger.* junceum 6, ſive buſonium junceum parvum ſive Holoſtium Matthioli & Gr men buſonis Flandrorum *Park.* Holoſtium Matth oli junceum *I. B.* Gram. nemoroſum glabrum ſive nemoroſum calyculis paleaceis *C. B.* To gra

graſſe, quia in locis ubi bufones ſtabulantur provenit.

Gramen marinum ſpicatum *Ger. emac.* junceum ſpicatum, ſeu triglochin *C. B.* mixtum ex junco & gramine *Thal*, triglochin *I. B.* triglochin Dalechampii *Park. Arrow-headed graſſe, Sea Spike-graſſe. On Hinton and Teverſham moors plentifully, &c.*

Gramen montanum paniculâ ſpadiceâ delicatiore C. Bauhini *I. B.* paniculatum montanum I, ſive mont. paniculâ ſpadiceâ delicatiore *C. B. Park. Soft mountain Panicled-graſſe.*

Gramen pratenſe *Ger.* pratenſe vulgatius majus *Park.* prat. paniculatum majus *C. B. The greater Meadow-graſſe.* Ubique.

Gramen pratenſe paniculatum minus *C. B.* pratenſe minimum album *Park.* minimum album *Ger.* paniculatum minus album & rubrum *I. B. The leſſer Meadow-graſſe.*

N. Novi virum nobilem qui prati partem unam demeti curavit augeſcente Lunâ, alteram Lunâ decreſcente; iſta duplò plus graminis tulit ſequentibus menſibus quàm hæc. Verba ſunt *P. Laurembergii horticult. lib.* 1. *c.* 30. *n.* 4.

Gramen pratenſe paniculatum molle *C. B. Park.* paniculatum molle *Lob. Ad. part. alterâ.* Gramen lanatum Dalechampii *Lugd. I. B.* Gr. 6. *cap.* 22. *lib.* 1. *Ger. emac. Soft tufted Meadow-graſſe.*

Gramen paniculatum arvenſe III, ſive Gr. ſegetum altiſſimum paniculâ ſparſâ *C. B.* Gr. ſegetum paniculâ ſpecioſâ *Park.* Gramen ſegetale *Ger.* Gramen capillatum *I. B. The fair panicled Corn-graſſe.*

N. Ex hujus culmis cum paniculis ſeriatim ordine funiculo vel junco connexis quaſi craticulas con-

ficiunt vernaculè *Bents* dictas, quibus in multis Anglię oppidis æstivo tempore caminos ornare solent. His usibus adhibetur etiam Gramen agrorum Lobelii, teste Johnsono apud Gerardum, itemque Gramen cristatum, teste Lobelio *Adversſ. part.* 2. Plures aliæ graminis species apud nos occurrunt, quæ quibus nominibus ab autoribus designentur nondum certò definire possumus, quas fortè seorsim in alio quem meditamur tractatulo postea dabimus.

Gramen Leucanthemum, *vide* Holosteum.

Gramen secalinum, *v.* Hordeum spurium.

Gramen palustre echinatum *J. B. Lob. Ger. emac.* aculeatum Germanicum *Park.* palustre aculeatum vel minus Germanicum *C. B. Hedge-hog-grass. On the moores about Cambridge.*

Gramen Parnassi *Dod. Lob. ico. Ger.* Parn. vulgare *Park.* Parn flore albo simplici *C. B.* Parn. hederaceum recentiorum *Ad. Lob.* Parn. Dodonæo quibusdam Hepaticus flos *J. B.* Parn. non verum *Gesn. hort.* Hepatica alba *Cord. hist.* Unifolium palustre *Gesn. coll. Grasse of Parnassus. On Hinton and Teversham and Trumpington moores.*

Gramen tomentosum & Lithogrostis *Tab.* tomentosum II, sive pratense tomentosum panicula sparsa *C. B.* tomentarium *Ger.* Juncus bombycinus *Ad. Lob. ico.* Gnaphalium Tragi, sive juncus bombycinus *J. B.* Linum pratense *Gesn. Coll.* Gramen junceum lanigerum *Thal.* Lanam fert Junio & Julio. *Cotton-grasse. On Hinton and Teversham moores and elsewhere.*

Gramen tremulum *J. B.* tremulum I I, sive majus *C. B.* leporinum & tremulum *Tab.* Phalaris pratensis *Ger.* pratensis minor *Lob. Quaking-grasse, Cow-quakes.* In pratis & pascuis.

Gramen typhinum maximum *Park.* typhinum majus *Ger.*

Ger. Gramen cum cauda muris majoris longâ majus *I. B. The greateſt Cats-taile graſſe.*

Gramen typhinum medium ſive vulgatiſſimum *Park.* Gramen typhinum minus *Ger. The leſſer Cats-taile graſſe.*

Gratiola anguſtifolia *Ger. emac.* anguſtifolia ſive minor *Park.* minor ſive Anthyllis aquatica *hort. Paris.* Hyſſopifolia *C. B.* aquatica *I. B.* Hyſſopoides *Cam.* Graſſe Poley *Cord. Small hedge-Hyſſope. In the corn fields and ſhadowy lanes about Hoginton and Hiſton, as alſo in many places about Cambridge.*

Gratiola latifolia cærulea, *vide* Lyſimachia galericulata.

H

HEdera arborea *C. B. Matth. Geſn. hort. Lugd.* arborea ſive corymboſa communis *Ad. Lob.* arboreſcens fertilis *hort. Pat.* nigra *Fuch. Dod. gal. Lac. Lon.* Hed. arborea ſive nigra corymboſa ſcandens *Park. Climing or berried ivie.*

N. Hoc à natura peculiare habet, quòd prima ipſius folia ſunt inciſa & varia, poſteriora & ſumma rotunda: ſolet enim natura ſcindendo aliàs procedere à ſimplici ad varium. *C. Hofman. de Medicam. Officin. lib. 2. cap. 102.* Idem tamen obſervatur etiam in Agrifolio, ut ſupra notavimus, præ aliis verò in Smyrnio Cretico, & in Sio aquatico maximo, cujus folia ima & quæ primo vere erumpunt in valdè tenues lacinias diviſa ſunt, ſuperiora paſtinacæ ſativæ foliis ſimilia.

Hedera helix *Park.* hel ſive provoluta ſterilis *Ad. Lob.* III, ſive major ſterilis, & IV, ſive humi repens *C. B. Barren or creeping ivie.* Hederæ diverſas has eſſe ſpecies non agnoſcunt Tragus, Cæſalpinus & Jo.

Bauhinus, quin totum inter eas discrimen evenire contendunt, vel ratione ætatis tantùm, vel loci ubi crescunt: hinc enim solùm fieri, quòd aut formâ differant aut fructu. Vide *I. B. t. 2. l. 15. p.* 111, 112. De hac re dubitare videtur etiam C. Bauhinus in *pin.* sicut & ante eum Theophrastus.

Hedera terrestris *Ger.* vulgaris *C. B. Park.* Chamæcissus sive Hed. terrestris & Hed. sylvatica Romanorum *I. B. in append. tom. 3. p.* 839. Chamæcissus antiquorum *Trag. Fuch. Dod. Lob. Cæs.* Malacocissus *Lugd. Ground-Ivie, Alehoof, Tunhoof, Gill go by ground.*

Hederula aquatica *Lob. Ger.* palustris *Tab.* Lenticula aquatica trisulca *I. B. C. B.* Ranunculus hederaceus aquaticus *Park. Water-Ivie, Ivie-leaved Duckes meat. In ditches cut out of the river in many places.*

Hedypnois *Plinii, vide* Dens leonis.

Helenium, *vide* Enula campana.

Helianthemum, *vide* Chamæcistus.

Helleborine angustifolia *Tab. Ger.* VII, sive montana angustifolia purpurascens *C. B.* Damasonium purpureum sive Helleborine 6 Clusii *I. B.* Helleborine minor flore purpurante *Park.* An Helleborine minor flore albo *ejusdem?* An Helleborine angustifolia palustris *C. B? Narrow-leaved wild white Helebore.* Hujus flos constat ex quinque foliolis, quæ quoddam quasi corpusculum muscæ aut insecti ambiunt, quorum pars interior albicans purpureis lineis seu striis notatur, exterior (si tria exteriora folia respicis) purpurâ obsoletâ tingitur, quæ aliquantulum viroris & albedinis admistum habet. reliqua duo interiora foliola eundem ex utraque parte tam interna quàm externa colorem obtinent. Stylus ille seu corpus insecti his foliolis occultatum capite est luteo, pectore albo purpureis striis inus sulcato

ſulcato, ventre albo tenui commiſſurâ ob inciſionem pectori adnexo, ideoque facilè ſeparabili. Labellum propendens amplum eſt, album & veluti fimbriatum in margine. Singulis florum pediculis ſingula folia adnaſcuntur exigua, acuta, & in ſupremo caulis faſtigio tria vel quatuor minutiora apicem conſtituentia. Superiores caulis partes ubi flores ei appenduntur uti etiam florum calyces farinâ quâdam reſperſæ ſunt. Radix ſub terra repit, unde facilè ſe propagat. Nuſquam niſi in locis paluſtribus & aquoſis creſcentem obſervavimus, unde miramur cur montana dicatur à *C. B. On Hinton and Teverſham moors, and in many places in the Iſle of Ely in great plenty.*

Helleborine latifolia montana *C. B.* Helleborine *Ger. Dod. Ad. Lob. Lugd.* Helleborine Dodonæi *Ƒ. B.* an fortè Damaſonium flore herbaceo intus nonnihil candicante *ejuſdem*? An Helleborine flore viridante *Park*? Certè in tanta varietate ſpecierum & brevitate deſcriptionum vix quicquam certò definire audemus. *Wild white Hellebore with whitiſh green flowers. In Kingſton wood:* nec uſquam alibi quàm in ſylvoſis & opacis invenimus.

Helleborus niger hortenſis flore viridi *C. B.* niger vulgaris flore viridi vel herbaceo, radice diuturnâ *Ƒ. B.* Helleboraſter minor flore viridante *Park.* Helleboraſtrum *Lob. Ger.* Conſiligo Plinii *C. B.* Veratrum nigrum *Cord. in Dioſc.* nigrum 2 *Cluſ. Dod. Wild black Hellebore or Beares-foot. In Bigwin cloſes, and in Whitwell cloſes where the Narciſſus growes, near unto the houſe.*

N. Loca algentia quærunt Veratrum, Scammonea, &c. & cuncta ferè quorum radix expetitur. *Marant. method, cognoſc. Simpl. lib. 3. cap. 7.*

Helxine, *vide* Parietaria.

Hepatica alba *Cord. vide* Gramen Parnaſſi.

Hepatica

Hepatica ſtellata *Tab.* *vide* Aſperula aut Aſperugula.

Hepatica vulgaris *Officinarum, vide* Lichen.

Heptaphyllon, *vide* Tormentilla.

Herba Gerardi, *vide* Angelica ſylveſtris minor.

Herba Paris *Matth. Dod. Ger. Park. J. B.* Solanum tetraphyllon *Ad. Lob. Geſn. hort.* bacciferum X, ſive quadrifolium bacciferum *C. B.* Aconitum ſive Pardalianches monococcon *Cord.* Aſter ſed non Atticus *Trag. Herb Paris, Herb True-love, One-berry. In Kingſton and Everſden woods.*

Herba Trinitatis, *vide* Viola tricolor.

Hieracium caule aphyllo hirſutum *J. B.* dentis leonis folio acuto I X ſive aſperum flore magno dentis leonis *C. B.* foliis & floribus dentis leonis bulboſi *Lob. ico.* aſperum foliis & floribus dentis leonis bulboſi *Park.* dentis leonis folio hirſutum *Ger. emac. Dandelion-Hawkweed.* In pratis & paſcuis.

Hieracium longiùs radicatum *Lob. Ger. emac. Park.* macrocaulon junceum ſive minus primum Dodonæi *J.* 3. dentis leonis folio obtuſo I, ſive dentis leonis folio obtuſo majus *C. B.* Apargia Dalechampii *Lugd. Long-rooted Hawkweed.* Cum priore.

N. Plantarum radices non promoventur deorſum niſi vi caloris; ſed fieri tamen id videtur ob ſolum alimenti ſitum, ſicut flamma candelæ deorſum ſenſim movetur, quia pabulum deorſum eſt. *P. Gaſſend. tom.* 2. *p.* 184.

Hieracium minimum Cluſii, Hyoſeris Tabernæmontani & Gerardi *Park.* minus folio ſubrotundo *C. B.* Hyoſeris maſcula *Ger. Cluſius his leaſt Hawkweed. In a lay near the Windmills beyond Gamlingay, and in the fields thereabout.* A mat loca fabuloſa.

Hieracium minus præmorſâ radice *Lob. ico. Park.* minus

minus præmorsâ radice ſive *Fuchſii J. B.* Chondrillæ folio glabro radice ſucciſâ majus *C. B.* minus ſive leporinum *Ger. Hawkweed with bitten roots, Yellow Devils-bit.*

Hieracium luteum glabrum ſive minùs hirſutum *J. B.* Cichoreum pratenſe luteum lævius *C. B. Park.* Hedypnois *Dod. Ad. Lob.* cui & Aphaca Theophraſti. *Smooth Succory-Hawkweed.* Mirum eſt botanicos de planta adeò vulgari & ubique obvia tam confuſè & obſcurè ſcripſiſſe, ut difficile ſit aliquid ſtatuere, Adi ſis *J. B. t. 2. l. 24. cap. 5. p. 1024.* Hæc planta pro ratione loci magnitudine inſigniter variat, in montoſis enim & ſterilioribus vix tres uncias excedit, in paſcuis & pratis humilioribus etiam cubitum ſuperat. Vereor nè in plures eam ſpecies autores diſtraxerint. Nos aliquando exiſtimavimus eam fuiſſe Hieracium minus glabrum *C. B.* Conſule *Prod. l. 3. c. 29.*

Hieracium minus Cichorei vel potiùs Stœbes folio hirſutum. Ex radice ſimplici lignoſâ albâ caules exurgunt plures ramoſi, hirſuti, ſemipedales aut altiores. Folia anguſta, hirſuta, laciniata Stœbes Salamanticæ primæ Cluſii, ſed longè minora, in acutum mucronem deſinunt. Flores lutei ſunt, parvi, evanidi; qui poſtquam clauduntur, capitula in ventrem canaliculatum turgeſcunt, pappoſam lanuginem nitidam è ſummitate oſtentantes, ut in hieracio flore carneo etiam videre eſt. *Small rough Succory-leaved Hawkweed.* Suſpicamur hanc extare apud C. Bauhinum in tanta multitudine, ſed nondum invenimus.

Hieracium echioides capitulis Cardui benedicti, *vide* Bugloſſum luteum.

Hieracium aſperum maiore flore in agrorum limitibus *J. B.* pratenſe aſperum *Geſn. coll.* Cichoreum pratenſe

pratenſe luteum aſperum *Park.* Cich. pratenſe luteum hirſutie aſperum, vel Hieracium hirſutum liis caulem ambientibus *C. B.* & Cich. montanum anguſtifolium hirſutie aſperum *ejuſdem*, ex ſenten *J. B.* & noſtrâ. Hieracium aſperum *Ger. Hawkweed with a large flower.* Ad agrorum mites.

Hierobotane, *vide* Verbena.

Hippoſelinum *Ger. emac.* Hippoſ. ſive Smyrnium vulgare *Park.* Macerone, quibuſdam Smyrnium ſemine magno, nigro *J. B.* Apium XIII, ſi Hippoſelinum Theophraſti, vel Smyrnium D ſcoridis *C. B.* Ap. Macedonicum maximum ſi Hippoſelinum & Olus atrum *hort. Lugd-B* Petroſelinum Alexandrinum *Trag.* Macedonic maximum ſive Olus atrum *hort. Gron. Aliſand At Hinton in a hedge, &c.*

Hippuris, *vide* Equiſetum.

Hirundinaria, *vide* Chelidonium majus.

Holoſteum vernum flore majore *P. B.* Holoſti Ruellii *Lob.* Euphraſia gramen at nodoſum *Tr* Gramen leucanthemum *Ger. Park. Dod.* Fuc ſive leucanthemum *J. B.* Caryophyllus holoſt arvenſis V, ſive Car. arvenſis glaber flore maj *C. B. Stichwort, with large flowers.* In ſylvis dumetis.

Holoſtei Ruellii diverſitas *Lob. ico.* Gramen leuca themum alterum *Ger. hort. Bat.* inter indigen Gramini Fuchſii leucanthemo affinis & ſimilis h ba *J. B.* Caryophyllus holoſteus arvenſis VI, ſi arvenſis glaber flore minore *C. B.* Gr. leucanthem minus *Park. The leſſer Stichwort. On the ſide the bank between Mepole and Chattereſſe, and on n ny other Fen banks: alſo in the paſtures about G lingay.*

Ho

Hordeum ſpurium *Park. Ger. Tab.* ſpontaneum ſpurium *Lob.* murinum *Tur. Cæſ. Dod. I. B.* an herba Phœnicea Græcorum Plinio *lib. 22. cap. 25. ejuſdem?* Holcus Plinii *l. 27. c. 10.* Ariſtida aliorum *Ang.* Gramen hordeaceum ſecundum, ſive minus & vulgare *C. B.* Secale ſylveſtre & Gramen ſecalinum *Johnſoni apud Ger. Wall-Barley, wild Rie, Rie-graſſe, Way-bennet.* Ad ſemitas.

Hordeum diſtichum *Ger. Park. I. B.* diſtichum, quòd ſpica binos ordines habeat, Plinio *C. B. Common Barley.* Seritur in agris ubique.

N. Quæ densè fuerint ſeminata ſpicam priùs effundunt quàm quæ rariùs, quòd altera largiùs radicentur, & multipliciùs deorſum ſcindantur, quia locus ſuperſit; altera protinus ſurſum excurrunt. *Theophr. de cauſ. plant. l. 3. c. 27.*

Hordeum diſtichum minus *Park. Sprit-Barley, Battledoor-Barley.* Hoc præcedente ſpicâ breviore eſt, & granis magìs confertis, quin & ab avium injuria tutius eſſe tradunt, quia grana ejus vix dum matura à ſpica difficiliùs avelluntur. Hæc duo genera hyemem apud nos non ferunt, ideóque ſeruntur vere.

Hordeum polyſtichum *I. B. Tur.* polyſtichum hibernum *C B.* polyſtichum vel hibernum *Park. Winter ſquare-Barley, or Winter beare-Barley. Among Wheat.*

N. Plerunque tetraſtichum eſt, aliquando plures granorum ordines obtinet, unde & hordeum hexaſtichum pulchrum *I. B.* ab hoc non differre putamus; quin & polyſtichum vernum & hybernum ſolo ſationis tempore et accidentibus indè ortis differre, ut cuilibet eorùm deſcriptiones apud Bauhinos conferenti patebit. Hinc temeritate non adeò infelici, quæ contraria videntur tradiderunt ſcriptores noſtri Anglicani, cùm Gerardus hordeum polyſtichum ver-

vernum tantùm communiter apud nos ſeri aſſera Parkinſonus ſolummodo hyemale.

Horminum ſylveſtre *Ger. Fuch. Dod.* pratenſe foli ſerratis *C. B.* ſylveſtre alterum caule purpuraſcen *C. B. in Phytop.* ſylveſtre vulgare *Park.* Orval ſylveſtris ſpecies 4 *Dod.* Gallitrichum vulgò *Ca* ſylveſtre vulgò, ſive ſylveſtris Sclaræa flore purpure cæruleóve magno *I. B.* Sclaræa ſylveſtris *Tab.* Oc lus Chriſti *Officin.* Salvia agreſtis *Brunf.* agr. flo purpureo *Eyſt. Wild Clary.* Variis in locis.

Hyacinthus Anglicus *Ger Ad. Lob.* Anglicus ſive Be gicus *I. B.* Dioſcoridis *Dod. Lugd.* oblongo flo cæruleus major *C. B.* Hyacinthus longiflorus pr cox I, ſive dolichanthus major et Anglicus *Laure berg. in appar. Hare-bells or Engliſh-Hyacinth. Madingley & Kingſton woods, and in many oth places.*

N. Bulboſa omnia ſi cepam excipias tardè ex ſe mine adoleſcunt. *P. Lauremberg. horticult. lib. cap. 17. n. 6.*

Hydropiper, *vide* Perſicaria.

Hydrolapathum, *v.* Lapathum aquaticum.

Hyſſopifolia *C. B. v.* Gratiola minor anguſtifolia.

Hyoſcyamus niger *Dod. Lob. Ger.* vulgaris *C. B.* nig vel vulgaris *C. B. Park.* Apollinaris *Cord. in Di* Hyoſc. niger ſive Apollinaris herba altera Arabu *Lob. ico.* Altercum *Scribonio & Fallopio.* Juſquiam *Officin. Henbane.*

N. Semen hyoſcyami prunis impoſitum fum emittit teterrimi odoris, quo naribus vel ore p infundibulum excepto empirici expellunt vermic los, qui aliquando in naſo aut dentibus naſcuntu eóſque in ſubjecta pelvi aquâ repleto excipiunt, u meliùs oculis percipiantur.

Hypericum minus erectum *Park.* IV, ſive minus ere

Chun

ctum *C. B.* pulchrum Tragi *J. B.* 5 ſive pulchrum Tragi *Ger. emac. Small upright St Johns-wort. In Sr Roger Burgoynes parke a little beyond Gamlingay, and in other places.*

Hypericum *Ger. Matth. Fuch. Dod. Lob. Cæſ. Lugd. Cam. Tab.* vulgare *C. B. Park.* vulgare, ſive Perforata caule rotundo foliis glabris *J. B.* Herba perforata & Hyp. vulgare *Trag.* Fuga Dæmonum *Barbaris. St Johns-wort.*

N Hyperico, Androſæmo, Aſcyro & Coridi flores aurei, qui ubi digitis conteruntur ſuccum ſanguineum reddunt aut rubicundum *Spigel. iſag. l. 1. c. 38.*

Hypericum caule quadrangulo, *vide* Aſcyrum.

I

Jacea nigra vulgaris *Park. Ger.* nigra vulgaris capitata & ſquammoſa *J. B.* vulgaris capitulis nigricantibus *hort. Bat.* nigra pratenſis latifolia *C. B.* Centaurii pratenſis ſpecies *Geſn. hort.* Gethia nigra Scaligeri *eidem.* Scabioſa vulgaris pratenſis vel 4 *Trag.* Hyoſeris Plinii *Ang.* Cyanus ſylveſtris anguſtifolius *Thal. Knapweed, Black Matfellon.*

Jacea ſegetum major purpurea *P. B.* nigra vulgaris laciniata *Park.* major *Ger.* itémque Scabioſa flore purpureo *ejuſdem*, ut J. B^o. & nobis etiam videtur. Ja. major folio multùm laciniato Dentis leonis, majuſculis vaſculis, floris purpurei *Lob.* Scabioſa major ſquammatis capitulis *C. B.* itémque Scabioſa major altera ſquammatis capitulis, ſive Jacea rubra latifolia laciniata *ejuſdem.* Centaurium collinum Geſneri flore purpureo *J. B.* Flos cyanoides *Dod. Great Matfellon or Knap weed.* Inter ſegetes

Jacea ſegetum major foliis diſſectis flore albo *P. B.* lacini-

laciniata alba *Park.* J. 5, ſive Jacea flore al
Ger. emac. Scabioſa major ſquammatis capitu
flore albo *C. B.* Centaurium collinum Geſn
flore albo *J. B.* *Great Mat fellon with a white flo
er.* Inter ſegetes ſed rariùs. *As in the corn a little
this ſide Babram.*

Jacobæa *Ger.* vulgaris *I. B.* *Park.* vulgaris laciniz
C. B. Jac. Senecio *Cæſ. Lob.* Herba S. Jacobi Fu
Geſn. Cæſ. *Common Ragwort, Seggrum.*

Jacobæa latifolia *Ger. emac.* latifolia Pannonica p
ma *Park.* latif. Pannonica 3 *Cluſ.* Pannonica L
folia *I. B.* *Broad-leaved Ragwort.* In humidis
aquoſis.

Jacobæa montana lanuginoſa anguſtifolia non laci
ta *C. B.* Pannonica 2 *Cluſ.* Pannonica folio n
laciniato *I. B.* anguſtifolia *Ger. emac.* anguſtifo
Pannonica non laciniata *Park.* *Mountain Ragw
On Gogmagog hills and Newmarket heath.*

Illecebra, *vide* Sedum minimum.

Intybum erraticum, *vide* Cichoreum ſylveſtre.

Irio, *vide* Eryſimum.

Iris paluſtris lutea, *vide* Acorus paluſtris.

Juglans nux, ſive Regia vulgaris *C. B.* Nux juglans G
I. B. Nux fortè Perſica fortè Euboica Theophr
Regia Dioſcoridis & Galeni, Perſica & Baſi
Plinii *I. B.* Nux juglans vulgaris *Park.* *The W
nut-tree.*

N. 1. Hujus cortice tinguntur lanæ, & ruſ
capillus primùm prodeuntibus nuculis. *Plin.* l
nat. lib. 15. *cap.* 22.

2. Antipathia videtur eſſe hujus herbæ c
Quercu, ut altera alteram non ferat. *Cam. hort.*

3. Decerptus hujus medius cortex, præſertim
ſucco ſcatet, & arefactus tritúsque vomitum pro
cat, idque adhuc mitiùs præſtant juli. *Idem.*

Junc

Juncus acutus *Ger.* acutus vulgaris *Park. Lob. ico,* acutus paniculâ ſparsâ *C. B.* foliaceus *J. B.* forté. Oxyſchœnos *Dod. Common ſharp Ruſh or hard Ruſh.*

Juncus aquaticus minor capitulis equiſeti *Lob. ico. Ger. Park.* clavatus Dalechampii *Lugd.* capitulis equiſeti major *C. B.* capitulis longis ſive clavatus *I. B. Club-Ruſh, Aglet-headed Ruſh.* In rivulis. Floret Maio & Junio menſibus, & per totam æſtatem. Juncus hic magnitudine & ſtaturâ inſigniter variat, adeò ut meritò dubitemus annon ſint ejus diſtinctæ ſpecies, & in affirmativam proniores ſumus.

Juncus aquaticus maximus *Ger. Ad. Lob. ico.* lævis maximus *Park.* max. holoſchœnos *I. B.* grandis holoſchœnos *Cæſn. cat. Dod.* lævis holoſchœnos II, ſive Juncus maximus & Scirpus major *C. B.* Holoſchœnos Theophraſti. *Lugd.* Mariſcus Plinii *C. B. Bull-ruſh, or great water-Ruſh.* In aquis. Hujus duas conſtituunt ſpecies tum C. B. tum Johnſonus apud *Ger.* ut & Park. Utramque apud nos creſcere exiſtimamus.

Juncus bombycinus, *vide* Gramen tomentoſum.

Juncus floridus, *vide* Gladiolus paluſtris.

Juncus lævis vulgatior panicula ſparsâ *Lob. ico.* lævis paniculâ ſparsâ major *C. B. Park.* oxyſchœnos *Ang.* lævis paniculâ arundinaceâ *I. B.* vulgaris alter ſive tenuior cineracei coloris, holoſchœnos Plinii, Virgilii Juncus mollis & limoſus *Trag. Common ſoft Ruſh.* In & juxta aquas.

Juncus lævis paniculâ non ſparsâ *C. B.* lævis glomerato flore *Park. Lob.* Juncus Matthioli *I. B. Round-headed Ruſh. We have found it in ſome moiſt woods.*

Juncus paluſtris paniculâ glomeratâ ex rubro nigricante. Exiſtimamus Juncum hunc eundem eſſe cum Junco ſylvatico Tabernamontani apud J. Bauhinum

descripto, namque & descriptio & locus huic optimè conveniunt. *The marsh soft Rush with a round blackish head. Every where in the watery places of Hinton and Teversham moors; so that he which shall look there cannot doubt what rush we mean.*

Juniperus *Ger. Dod. Lob.* vulgaris sive minor *Park. hort. Hafn.* vulgaris baccis parvis purpureis *J. B.* vulgaris fruticosa *C. B.* humilis *Gesn. hort. Juniper-tree. Near Hilderſham on a hill, called thence Juniper-hill, plentifully.*

N. 1. Hujus baccæ intra triennium matureſcunt instar citriorum & aurantiorum *C. Hofman. de medicam. officin. l. 2. c. 118.*

N. 2. Nullum ligni genus carbones præbet qui diutiùs ignem conſervant quam Juniperus. *Camer. in hort.*

K

KNawell Germanorum, *vide* Polygonum exiguum *Dod.*

Keiri officinarum, *vide* Leucoium luteum ſylveſtre.

L

LAbrum Veneris, *vide* Dipſacus.

Lactuca agnina *Ger. Park.* Valeriana campeſtris inodora major *C. B.* Album olus *Dod.* Locuſta altera foliis ſerratis *I. B. Lambs Lettuce, or Corn-Sallet. In the corn growing on the ſandy grounds at Gamlingay not far from the church.*

Lactuca ſylveſtris coſtâ ſpinosâ *C. B.* ſylveſtris laciniata *Park.* ſylv. foliis diſſectis *Ger. emac* ſylv. ſive Endivia multis dicta folio laciniato, dorſo ſpinoſo *I. B.* ſylv. Dioſcoridis Theophraſti & Plinii, quæ Thri-

Thridacine Galeni videtur *C. B.* Seris domeſtica *Lob. Cut-leaved wild Lettuce.* Ad agrorum margines. *As by the way ſide from Ely to Cambridge, within a mile or two of Ely.*

Lactuca ſylveſtris 2. *Ger. emac.* ſylveſtris odore viroſo *C. B.* ſylv. endiviæ foliis, odore viroſo *Park.* ſylv. lato folio, ſucco viroſo *I. B.* Endivia *Trag. p.* 168. Theſion Dalechampii *Lugd. p.* 564. *Endive-leaved wild Lettuce.* Johnſonus apud Ger. duo facit genera lactucæ ſylveſtris odore opii, quæ apud alios ſcriptores exiſtimat confundi; & nomina autorum quæ nos ſecundæ ejus ſpeciei magis propria putamus attribuit primæ; ſiquidem noſtram quæ foliis eſt indiviſis & 2 Ger. ſolam à botanographis deſcriptam arbitramur, non prout ille vult, primam Gerardi.

Lactuca ſylveſtris laciniata minima nondum deſcripta. *The leaſt cut-leaved wild Lettuce. This was found on a bank and in a ditch by the ſide of a kind of drove or lane leading from London road to the river, juſt as the water near a quarter of a mile beyond the ſpittle-houſe end.*

Ladanum ſegetum quorundam flore rubro *I. B.* ſegetum Plinii & Tetrahit anguſtifolium aliis *Lugd.* Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra *C. B.* arvenſis rubra *Park.* Ancoraria *Tur.* Alyſſon Galeni flore purpureo *Tab.* Sideritis 7 *Ger. emac. Narrow-leaved All-heal or Iron-wort.* Inter ſegetes. Floret à media æſtate in Autumnum.

Lagopus vulgaris tenuifolius *hort. Hafn.* vulgaris *Lugd. Park.* trifolius quorundam *I. B.* genuinus antiquorum *Ad. Lob.* Hippocratis *ibid.* Lagopus ſive Pes leporinus *Matth. Fuch. Dod. ut. Lob.* Lagopodium ſive Pes leporis *Ger.* Trifolium ſpicatum VI. (1.) arvenſe humile ſpicatum ſive Lagopus *C. B.* Λαγώ-

τους Dioscoridi, λαγόπυρον Hippocrati, Lagopus Plinio *ejusdem. Haresfoot or Haresfoot-trefoile.* Inter segetes, *upon the hill of health, and on many lay-grounds.*

Lamium album *Ger. emac.* flore albo *Park.* album non fœtens folio oblongo *C. B.* Lam. sive Archangelica flore albo *Ad. Lob.* Galeopsis sive Urtica iners floribus albis *I. B. White Archangel, Dead Nettle.*

Lamium luteum *Ger. emac. Park. Lob.* III, sive folio oblongo luteum *C. B.* Urtica iners 3, sive Lamium flore luteo *Dod.* Galeopsis flore luteo vel Urtica Labeo *Cam.* Galeopsis sive Urtica iners flore luteo *I. B. Yellow Archangel. In Madingley and Kingsley woods.*

Lamium maximum sylvaticum fœtidum *C. B. v.* Galeopsis legitima Dioscoridis.

Lamium rubrum *Ger. emac.* vulgare flore rubro *Park.* purpureum fœtidum folio subrotundo, sive Galeopsis Dioscoridis *C. B.* Galeopsis sive Urtica iners flore purpurascente majore, folio non maculato *I. B.* Urtica non mordax vulgaris fœtens purpurea *Lob. ico.* Urtica Labeo mas *Brunf. Small dead Nettle, red Archangel.*

Lampsana *Lob. Ger. emac. Cam. Dod. Thal.* Papillaris in Prussia *Cam.* Lamp. vulgaris *Park.* Lampsana Dodonæi *I. B.* Sonchus sylvaticus primus *Tab.* Sonchis cognatum olus *Gesn. hort.* Soncho affinis Lampsana domestica *C. B.* Chrysolachanum Plin. *Ruell. Dock-cresses, Nipplewort or Tetterwort.*

Lantana, *vide* Viburnum.

Lapathum acutum *Ger emac. Dod. Lob. Trag.* acutum majus *Park.* acutum sive Oxylapathum *J. B.* Lapathum folio acuto plano *C. B.* Oxylapathum Dioscoridis et Plinii *ejusdem.* Rumex acutus *Cord.* Sida sylvestris Avicennæ *C. B. in Phyt. Sharp-pointed Dock.*

Lapa

Lapathum ſylveſtre folio minùs acuto *Ger. emac.* ſylv. vulgarius *Park.* vulg. folio obtuſo *J. B.* ſylv. latifolium I I, ſive Lap. folio ſubrotundo *C. B.* Rumex agreſtis *Cord. Ordinary wild or roundiſh-leaved wild Dock.*

Lapathum aquaticum I, ſive aquaticum folio cubitali *C. B.* aquat. maximum ſive Hydrolapathum *J. B.* Hydrolapathum magnum *Ger.* majus *Lob. Lugd. Park.* Rumex paluſtris *Trag. The great water-Dock.*

Lapathum aquaticum ſive Hydrolapathum minus *Ger. emac. Park.* aquat. minus *C. B. J. B. The leſſer water-Dock.* Floribus eſt verticillatim diſpoſitis.

Lappa major, *vide* Bardana.

Lappago Plinii, *vide* Aparine.

Lathyrus major latifolius *Ger. emac.* major perennis *Park.* Narbonenſis latiore folio *Ad. Lob.* major latifolia flore purpureo ſpecioſior *J. B.* VI, ſive latifolius *C B.* Ervum ſativum *Cord.* Cicercula ſylv. *Tab.* Glymenum *Matthioli. Peaſe everlaſting. In Madingley wood, and in ſeverall other woods.*

Lathyrus luteus ſylveſtris dumetorum *J. B.* ſylv. flore luteo *Park. Ger. emac.* ſylv. minor flore luteo *hort. Bat.* XIII, ſive ſylv. luteus foliis viciæ *C. B. Tare everlaſting.* In dumetis & ad ſepes.

Laureola *Park. Ger. Dod.* mas *Matth. hort. Hafn.* ſemper virens flore viridi, quibuſdam Laureola mas *C. B.* ſemper virens flore luteo *J. B.* Daphnoides ſive Laureola *Lob. Tab.* Thymelæa *Trag. Dwarfe Lawrell, or Spurge-Lawrell, Lowry.*

Lens *J. B.* vulgaris *C. B.* minor *Lob. Dod. Lugd. Cam. Ger. Park.* Lenticulæ 1 genus *Trag. Lentills.* In agris ſeritur, & ſæpiſſime cum hordeo mixta. Quanto olim in pretio lentes fuerunt vide apud *Athenæum lib.* 4. *cap.* 18.

N. De hoc teſtari poſſum experimento proprio,

vere aliquando lapideſcere in agro. *C. Hofman. lib. 2. de medicam. Officin. cap.* 124. Cur legumina celeriùs oriantur & terram minùs conſumant quàm frumenta, vide apud *Theophr. de cauſ. l. 4. c. 9.*

Lens paluſtris *Ger. Matth. Dod Lob. J. B. Lac.* paluſtris ſive aquatica vulgaris *Park.* Lenticula paluſtris vulgaris *C. B.* paluſtris *Trag. Tab.* Muſcus lenticulæ ſimilis Dioſcoridis *J. B. Duckes-meat.* Stagnantium aquarum incola. Hujus plantæ radices è terra orientes ante ſe neminem obſervaſſe miratur *Spigel. Iſag. lib. 1. cap.* 5.

N. Hæc, ſi (quod nonnunquam accidit) aquarum inundationibus à pigris aquis in fluentes tranſferatur, cùm littoribus inhæſerit, mirum in modum propagatur; nam ſubnatis quibuſdam capillamentis, quæ radicum vice eſſe videntur, ſeſe terræ alligat, atque adeò adoleſcens, creſcit tandem in plantam aquatico ſiſymbrio haud diſſimilem. Id quod naturæ operum indagator Dalechampius non ſine admiratione obſervavit. *J. B.*

Lenticula aquatica triſulca, *vide* Hederula aquatica.

Leucographis *Plinii, vide* Carduus lacteus.

Leucoium luteum vulgare *C. B.* luteum, vulgò Cheiri flore ſimplici *J. B.* Viola lutea *Ger. Trag. Fuch. Dod.* Keiri ſive Leucoium luteum ſimplex vulgare *Park.* Cheiri vel Keiri *Offic. Geſn. Lon.* Viola lutea Plinii & ἰον φλόϊνον Theophraſti *Lugd. Wild Cheir, Wall-flower.* In muris paſſim.

Lichen *Matth. Fuch. Dod. ut. Tur.* Lichen ſive Hepatica vulgaris *Park.* L. ſive Hepatica fontana *J. B.* L. petræus latifol. ſive Hepat. fontana *C. B.* Jecoraria ſive Hep. fontana *Trag.* Hepatica terreſtris *Ger. Liverwort, or common ground Liverwort.* In humidis umbroſis.

N. Hujus plantæ folia majora & ſucculentiora quaſi-

qualitatem resinosam planè gustantibus exprimunt, minora & minùs pinguia amaritudinem. J. Bauhinus saporem huic aliquatenus aromaticum & amaricantem tribuit, & insuper nonnihil mordicantem. Quæ ex his colligi debeant ad hujus facultates rectè intelligendas doctis medicis considerandum relinquamus: cùm à plerisque sine ratione frigida existimata sit hepatica, & in intemperie frigida vitanda censeatur.

Lichen arborum *Ger.* arboreus sive Pulmonaria arborea *J. B.* Muscus pulmonarius sive Lichen arborum *Park.* Muscus arboreus VII, sive pulmonarius *C. B.* Pulmonaria *Trag. Matth. Fuch. Dod. ut. Gesn. hort. Lac.* Pulmonaria fungosa *Lugd. Tree-Lungwort.* Arboribus, præsertim Quercui adnascitur.

Liguſtrum *Ger. J. B.* vulgare *Park. Trag.* Germanicum *C. B.* Cyprus Plinii *lib.* 12. *cap* 24. *C. Hofman. de medicam. Officin. Privet or Prim-print. In the hedges of the closes about Barnwell, and in many hedges and woods.*

N. 1. Inter omnes frutices, arbores, & herbas, nihil est quod in tot figuras & elegantias effingi, flecti aut formari tondendo queat quàm liguſtrum. *P. Lauremberg. horticult. l.* 1. *c.* 30.

2. Hujus folia depascentem sæpiùs invenimus erucam viridium nobilissimam à *Moufeto* descriptam *Theatr. insect. l.* 2. *c.* 2. de qua notatu dignum est, quòd præ reliquis erucis facilè iras concipit, quas, si vel leviter eam tetigeris, corpus quanto potest impetu multoties torquendo retorquendóque exprimit. Hæc etiam Autumno cutem viridem exuens in chrysalida mutatur, atque ità quasi fasciis involuta per totam hyemem quiescit, nullâ telâ aut involucro contecta. Color fasciarum atrorubens, forma rotunda & non angulosa, insigni proboscidis vaginâ

in ſuperiore parte prominente. Ex hoc ſatis duro involucro erumpit Junio ſequente papilio magna, ventricoſa, hirſuta, toto corpore & alis pulvere albeſcente reſperſa, unde conſtat eam ad phalænarum ſive nocturnarum claſſem pertinere. Alæ breves ſunt, ad ambulandum potiùs quàm ad volandum utiles. Non abs re erit hic (ubi res neminem attendentem latere poteſt, quamvis etiam in bombycibus & reliquis erucis ſatis ſit manifeſta) notare errorem aliorum & imprimis *Mouſeti Theat. inſect. l.2. c.1. verbis ultimis*, caput erucæ in caudam papilionis mutari aſſerentis: in omnibus enim quas obſervare licuit erucis planè contrarium evenit.

Limonium verum Dioſcoridis & antiquorum, *vide* Plantago aquatica.

• Linaria adulterina *Tab. Ger. emac.* erecta anguſtifolia X V, ſive montana floſculis albicantibus *C. B.* Linariæ ſimilis *J. B.* Linoſyris nuperorum *Lob. ico.* Pſeudolinaria montana alba *Park.* Anonymos lini folio *Cluſ.* Anthyllis montana *Lugd. Baſtard Toad-flax. On Gogmagog hills, and Newmarket-heath.* Hujus floſculi perpuſilli è quinque foliolis conſtant ſtellæ in modum expanſis, albidis, in acumen deſinentibus, averſâ parte ſubviridibus. Singula foliola binis hinc indè minutiſſimis ad exortum ſuum velut auriculis donantur. Fundus floſculi viridis eſt, ex quo ſurgunt ſtaminula quinque ex viridi lutea cum ſtylo medio albo. Singulis florum calyculis adnaſcuntur duo foliola.

• Linaria vulgaris noſtras *Park.* vulgaris lutea *Ger. J. B.* vulgaris lutea flore majore *C. B.* Oſyris *Matth. Fo. Bodæ.* Oſyris, Linaria & Urinaria *Plant. ico. Common Toad-flax.*

N. Herbam hanc è vulgo plurimi plantis pedum nudis intra caligas & calceos ſupponunt ad febrem quartanam fugandam.

Lingua

Lingua bovis, *vide* Bugloſſum luteum.

Lingua avis Dalechampii, *vide* Conyza paluſtris.

Linum aquaticum, *vide* Conferva Plinii.

Linum ſativum *Ger. emac. Park. Dod. C. B.* vulgare cæruleum *Ad. Lob.* Linum *I. B. Matth. Fuch. Tur. Lugd. Manured Flax.*

N. 1. Carbaſus veterum ex lino Hiſpanico tenuiori confecta, de qua *Plinius l. 19. c. 1.* non multum differre videtur à tela Cameracenſi quæ hodiéque ex Hiſpania advehitur.

2. Silex politus ſi in oleo lini coquatur duritiem invictam acquirit, unde terendis iis quæ opus eſt in tabula marmorea evadit aptior. *J. B. in hiſt. fontis & balnei Bollenſis ex relatione D. Lutz. pharmacopœi Kirchenſis.*

3. Oleum lini partes habet adeò ſubtiles, ut in fictilibus ſervari nequeat quin exſudet. *Michael Mayerus in Luſu ſerio.*

4. Liber impreſſus ex ſolo lino conſtabit, ſi papyrum ad nigredinem uſtam; & oleo lini incraſſato miſtam pro atramento typographico utaris. *Idem ibid.*

5. Quantas injurias, quot tormenta hæc herba præ aliis omnibus ab hominibus patiatur, videat qui volet *Goropium Becanum* luculenter & rhetoricè demonſtrantem *Hermath. lib. 3.*

Linum ſylveſtre radice perenni, flore cæruleo *hort. Bat.* ſylv. 1, floribus cæruleis *Ger. emac.* ſylv. anguſtifolium cæruleo flore majore *Park.* ſylv. anguſtif. I, ſive flore magno *C. B.* ſylv. anguſtif. album lineis in umbilico purpureis *J. Bauhini* non differt ab hoc niſi floris colore, ut conſtabit conſulenti *C. B.* et *Ger. emac.* Nos verò illud tantùm vidimus quod eſt cæruleo flore. Linum ſylv. 4. *Cluſ. pan.* ſylv. 5, anguſtifolium 2 *eidem hiſt. Wild blew Flax. On Gogmagog hills, and thereabouts; and in ſome cloſes about Cherry-Hinton,* copioſé.

Linum

Linum ſylv. catharticum *Ger. emac* ſylv. puſillum candicantibus floribus Camerarii *Johnſon. apud Ger.* ſylv. anguſtifolium VII, ſive pratenſe floſculis exiguis *C. B.* Chamælinum Cluſii flore albo, ſive Linum ſylveſtre catharticum *Park.* Linocarpos *Thal.* Alſine verna glabra floſculis albis, vel potiùs Linum minimum *J. B.* Alſine verna Dalechampii *Lugd. Mil-mountain, Dwarf wild Flax.* In pratis & paſcuis vulgatiſſimum, *as in the cloſes about Cheſterton, and Hinton, and Teverſham, &c.*

Lithoſpermum, ſive Milium ſolis *J. B.* Lith. majus erectum *C. B.* minus vulgare *Park.* minus *Ger. Matth. Dod. Geſn. hort. Lac. Lob. Lugd.* Milium Soler Mauritanis, quòd in montibus Soler frequenter naſcatur, hinc vulgò milium Solis ineptè dicitur. *Gromwell, or Gromill.* Anglicè vocari debet *Graymill* (i. Milium griſeum) non ut vulgò fit *Grummell.* Variis in locis reperitur, *as in a cloſe near Newnham mills.* Gerardus & Parkinſonus duas faciunt Lithoſpermi ſpecies apud nos ſponte creſcentes; an & quomodo diſtinguantur non ſatis perſpicimus, verùm deſcriptiones et figuræ minoris ſpontanei huic noſtro magis conveniunt.

Lithoſpermum ſylveſtre *Tragi*, *vide* Anchuſa degener.

Lolium album *Ger. Park.* Lolium et triticum temulentum *Ad. Lob.* L. gramineum ſpicatum capitentans *J. B.* L. et Aera Plinii *C. B.* Gramen loliaceum ſpica longiore *ejuſdem.* Ἄιρα Dioſcoridis, Ariſtotelis, Theophraſti, Galeni, Oribaſii, Æginetæ, Aetii *C. B* Ζιζάνιον Conſtantino, Zizania Arabum *ejuſdem. Darnell, Furay, Ray.* Interlegetes.

Lolium rubrum *Ger.* rubrum, ſive Phœnix *Park.* Phœnix *Matth. Dod. Tur.* Phœnix lolio ſimili

J. B.

J. B. Hordeum murinum *Lob. Tab.* Gramen loliaceum anguſtiore folio et ſpicâ *C. B.* Φοινίξ Dioſcoridi, à ſeminis colore Phœniceo, herba Phœnicea Græcis, Hordeum murinum noſtris Plinio *ejuſdem. Red Darnell-graſſe.* Ad ſemitas.

Lujula, *vide* Trifolium acetoſum.

Lupi crepitus, *vide* Fungus pulverulentus.

Lupulus *J. B. Cluſ. Trag. Dod. Matth.* ſalictarius *Ger. Park. Lob.* Vitis Septentrionalium *ejuſdem.* Lupus ſalictarius Plinii *l.* 21. *c.* 15. *Fuch. Dod. gal. Geſn. hort. Lac. Lob. Cæſ. Ger.* Lupulus ſativus et ſylveſtris *Lob. Trag. Lugd. J. B.* non enim ſativus à ſylveſtri differt niſi magnitudine. Duo tamen ſunt Lupuli genera: primum dici poteſt Lupulus inutilis, mas, flore cannabis fœminæ, ſemine deſtitutus; alterum Lupulus utilis, fœmina, flore vel potius fructu ſquammoſo, ſemen ferens. Primum genus dicitur Jo. Bauhino Lupulus mas, C. B°. fœmina; ſecundum eſt J. B°. fœmina, C. B°. mas, *Hops, the male and female. The male are in ſome counties of England called Seed Hops, yet improperly, ſeeing they bear onely flowers. The manured Hops of both ſorts are but in few places of this County. The wild grow in many hedges about Cheſterton, and divers other places.*

N. 1. Lupuli mares ſive inutiles mox ab exortu ſarmentorum facilè à fœminis diſtingui poſſunt, quia mares ſarmenta proferunt multò rubidiora, fœminæ viridiora.

2. Lupulus, & ut probabile eſt omnes alii convolvuli, ſcandendo perticas motum ſolis ſequuntur, hoc eſt, ab oriente per meridiem verſus occidentem flectuntur, minquam in contrariam partem, licèt ipſe manu volvendo & dirigendo id efficere coneris.

3. Hujus aſparagi ſeu germina tenella cùm primò exeunt, eodem modo cocta & præparata quo aſpa-

asparagi vulgares, à plurimis pro cibario expetuntur. Hic & obiter notare liceat, quòd Bryoniæ etiam asparagis, qui primâ germinatione exeunt, solebant veteres vesci. *Colum. l. 12. c. 7.* De quibus etiam *Paulus, Bryoniæ asparagi stomacho quidem accommodati sunt, & urinam cient, parùm tamen nutriunt; etsi cùm concoquantur, olerum asparagis in nutriendo efficaciores sunt. Fo. Bod. in Theoph. hist.*

Luteola *Lob. Ger.* vulgaris *Park.* I, sive Luteola herba salicis folio *C. B.* Lutum herba *Dod. hort. Bat.* Lutea I. linii quibusdam *I. B.* Lutea vel Luteum Vitruvii *Gesn. hort. Cam.* Antirrhinum *Trag. Lugd. Thal.* Pseudostruthium *Matth. Cast. Lugd.* Guadarella vulgò *Cæs.* Catanance *Lon. Tab.* *Yellow-weed, Wild Woad, Dierweed.* In muris & asperis.

Lychnis segetum, *vide* Pseudomelanthium.

Lychnis sylvestris flore albo *Ger. emac. Clus. Lon. Park.* Coronaria IV, sive sylvestris alba simplex *C. B.* Ocymoides *Gesn. hort. Matth. Lac. Tab. Cast.* album multis *J. B.* *Wild white Campion.* Juxta vias, & ad sepes.

Lychnis viscosa flore muscoso, *vide* Sesamoides Salamanticum magnum.

Lycopsis Anglica *Lob. vide* Echium alterum.

Lysimachia galericulata *Lob. Lugd. Clus. hist.* Lys. non spicata III, sive Lys. cærulea galericulata, vel Gratiola cærulea *C. B.* Tertianaria *Tab.* Tertianaria, aliis Lys. galericulata *J. B.* Sideritis cærulea *Thal.* Gratiola latifolia *Ger.* latifolia nostras *Park.* *Hooded Willow-herb. In the ditches by the foot-way side to Cherry-Hinton, and elsewhere.*

Lysimachia lutea *Trag. Fuch. Tur. Ad. Lob. Cæs. Tab. Cam. Ger. I. B.* lutea communis *Clus. hist.* lut. major vulgaris *Park.* lut. I, sive lut. major quæ Dioscoridis *C. B.* Salicaria *Gesn. hort.* *Common yellow Loose-*

Looſe-ſtrife or Willow-herb. In the cloſe where Cirſium Anglicum *grows near the foot-path, and in the Iſlet made by the brook Stoure near to the paper mills, and in diverſe other places.*

Lyſimachia purpurea *Lob. Cæſ. Cam. Tab.* purp. ſpicata *Ger. Park.* purpurea quibuſdam ſpicata *J. B.* ſpicata I, ſive ſpicata purpurea fortè Plinii *C. B.* Solidaginis Saracenicæ alia ſpecies *Trag. Purple ſpiked Willow-herb. In the ditches about Hiſton, and the Fen ditches, &c.*

Lyſimachia purpurea trifolia caule hexagono. *Spigel. iſag. lib.* 1. *cap.* 10. Hæc à ſuperiore in his præcipuè differt, quòd in hac folia terna ſimul juncta caulem ambiunt, cùm in illa bina tantúm; deinde quòd rami etiam triplici in hac ordine è trium foliorum ſinu oriuntur, cùm in illa altera duplici tantùm (ſiquidem caulis quadratus eſt;) tandem quòd in hac flores exactè verticillatim caulem ambiunt, non in præcedente. *Three-leaved purple Looſe-ſtrife, or Willow-herb.*

Lyſimachia ſiliquoſa glabra major *C. B.* campeſtris *Ger.* ſiliquoſa major *Park.* lævis *J. B. The leſſer wild codded Looſe-ſtrife or Willowherb.* In humidis ſaxoſis.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor, ſive ſiliquoſa I V *C. B.* ſiliquoſa glabra media ſive minor *Ger. emac. The leſſer ſmooth-leaved codded Willowherb.* Ad foſſas & rivulos,

Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor anguſtifolia *Ger. emac.* ſiliquoſa V, ſive ſiliquoſa glabra anguſtifolia *C. B. The leaſt ſmooth codded Willowherb. On Teverſham moor.*

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore *C. B.* ſiliq. hirſuta majore flore purpureo *J. B.* ſiliq, Filius ante patrem *Ad. Lob.* Lyſim. ſive Salicaria altera *Trag.*

Trag. Onagra campestris hirsuta *Cæs.* Antoniana, sive Herba S. Antonii *Gesn. Great codded Looseſtrife, or Willowherb.*

N. Folia hujus leviter compressa odorem pomorum semicoctorum bene imitantur, unde etiam Anglicè dicitur *Codlings and cream.*

Lysimachia siliquosa hirsuta parvo flore *C. B.* siliq. hirsuta flore minore *J. B.* Lys. 12 *Gerard.* sive sylvatica. Lys. siliquosa sylvestris hirsuta *Park.* forte. *Hairy small-flowered Looſe-ſtrife or Willowherb.* Ad fossas & rivulos, cum priore.

M

MAjorana sylvestris *Park. vide* Origanum vulgare.

Malva sylvestris minor *Park.* sylv. pumila *Ger. Fuch. Dod.* sylv. repens pumila *Lob.* I, sive sylv. folio rotundo *C. B.* flore candido *Cæs.* vulgaris flore minore, folio rotundo *J. B. Dwarfe Mallow, ſmall wild Mallow.* In ruderibus & ad vias.

Malva vulgaris *Park.* vulg. procerior *Lob.* sylvestris *Ger.* sylv. major *Tab. Thal. Gesn. hort.* II, sive sylvestris folio sinuato *C. B.* vulg. flore majore, folio sinuato *J. B.* Folium sanctissimum Pythagoræ apud Ælian. *l.* 4. *c.* 17. *Anguill. Jo. Bodæ. in Theophr. hist. Common Mallow.*

Malus sylvestris sive agrestis *J. B.* & omnium ferè autorum. Mala sylvestria quæ & alba & rubra & majora & minora *C. B.* In sylvis & sepibus. *The Crab-tree, or Wilding.*

N. 1. Σχῆμα ἐστὶν περικαρπίων εὐθύγραμμόν ὅτι ἐστὶ γωνίας ἔχει. *Theophr. hist. plant. lib.* 3. *cap.* 8.

2. In iis fructibus quorum semen pulpâ tegitur, pulpa in fructu quantò humidior, major, plenior, tantò

tantò ſemen incluſum minus eſt, & vice verſa: Et hinc eſt quòd arbores ſylveſtres ſemen ferè poſſident majus, pulpam minorem. *P. Lauremberg. horticult. l. 2. c. 3. n. 2.*

Marrubium album *J. B. Ger.* album vulgare *C. B. Park.* album odorum *Ad.* Praſſium *Ang. Officin. White Horehound.* Juxta vias. Pectori dicatur & tuſſi confert.

Marrubium aquaticum *Ger. emac. Trag. Dod. Lob.* aquat. vulgare *Park.* aquaticum quorundam *J. B.* paluſtre *Lon. Dod. gal.* paluſtre glabrum *C. B.* Verbenæ alterum genus *Cæſ.* Sideritis prima Matthioli *Ang. Water-Horehound.*

N. Sunt qui hanc Ægyptiam dicunt herbam, quòd hi qui ſe Ægyptios mentiuntur, hâc herbâ nigricantem colorem qualémque Ægyptii obtinent ſibi aſciſcunt. Succus enim hujus herbæ nigricante hujuſmodi colore quævis inficit, qui adeò pertinaciter inhæret, ut elui aut abſtergi nequeat. *Cam. hort.*

Marrubium aquaticum acutum *Ger. vide* Sideritis.

Marrubium nigrum fœtidum, *vide* Ballote.

Matricaria, *vide* Parthenium.

Matriſylva, *vide* Periclymenum, & Aſperula.

Medica, *vide* Trifolium.

Melampyrum criſtatum flore purpureo *J. B. Purple-headed creſted Cow-wheat. In Madingley and Kingſton woods, and almoſt in all woods in this County plentifully, likewiſe it overſpreads all the paſture or common grounds you ride through going out of Madingley to dry Drayton: whence we cannot but wonder that it ſhould not be deſcribed or figured by Gerard or Parkinſon.*

Melampyrum ſylvaticum flore luteo, ſive Satureia lutea ſylveſtris *J. B.* IV, ſive luteum latifolium *C. B.*

Cratæ

Cratæogonon 1, sive album *Ger.* vulgare *Park.* P
rietaria sylvestris *Clus. Eyst.* Hyssopus nemoren
& lutea *Common Cow-wheat. In a wood at Sti*
worth & in a wood at Sr George Hatley in great plen
Hujus plantæ icones quæ habentur apud *Ger.*
Park. descriptionibus eorundem non benè con
niunt, præsertim in numero & situ florum; ut co
ferenti patebit.

N. Planta hæc non vult in areis coli. Semen n
turè colligendum antequam exiliat è vasculis,
statim reddendum telluri ut sponte excidat. Nud
enim si contractetur fœcunditatem perdere exi
matur. *J. B. tom.* 3. *lib.* 30. *cap.* 63. *p.* 440. *col.*
Nos utramque speciem aliquoties sevimus in hor
sed nunquam germinârunt.

Melilotus vulgaris *Park. Lugd.* vera flore luteo *Ge*
hort. Germanica *Ger. Ad. Lob. Dod. gal.* I, sive C
ficinarum Germaniæ *C. B.* officin. flore luteo p
rennis *hort. Hafn.* Trifolium odoratum sive M
lotus vulgaris flore luteo *J. B.* Sertula camp
Plinii. Trifolium caballinum *Cam. & Italis,* q
equi plantam hanc avidissimè in pabulum sequ
tur. *Common Melilot.* In arvis, & ad sepes.

N. 1. Cùm Dioscorides dixit meliloton esse b
ni odoris, intelligendus est de exiccata herba, q
nullum ferè odorem virens habet, sed quum aru
fragrantissimum: quod neque Theophrasto præt
missum *lib.* 6. *de causis plant.* Sertula, inquit, camp
na siccata pleniùs olet. *Marant. method. cogn. sim*
lib. 2. *cap.* 5.

2. Non sunt amatores majores florearum cor
larum, aut curiosiores sub cœlo, quàm incolæ No
Hispaniæ. Non solùm ipsi privatim strophia, s
táque nectunt ex floribus, tantâ varietate, tantâ e
gantiâ ut nihil mirabilius fingi possit; sed & mag
don

donarii loco Dominis ſuis obferunt, iiſque feſta ſolennia condecorant. Et hæc res magni fit a regulis eorum: indéque haud dubiè mos manavit, quòd ferè imagines eorum depictas videmus, floſculis nonnullis manu altera oſtentatis: veluti apud nos chirothecæ ornamenti loco depictorum hominum manibus addi ſolent. *P. Lauremberg. horticult. l. 2. cap. 6. n. 2.*

Inter nos Anglos elegantium florum ſtudio & cultura excellunt Norwicenſes: qui, ut ab ipſis accepimus, quotannis Floralia celebrant, quibus de florum elegantia certatur, & victori floreum ſertum velut præmium porrigitur. Hinc gloriantur, Nordvicum ſuum dicendum eſſe vel urbem in horto, vel hortum in urbe ſitum.

Melilotus coronaria ſive coronata *Lob. vide* Trifolium corniculatum.

Mentha aquatica ſive Siſymbrium *J. B. Ger. emac.* rubra *Brunf.* aquat. rubra *Park.* rotundifolia paluſtris ſive aquatica major *C. B.* aquat. ſive Siſymbria rubro folio & flore nigræ menthæ, Balſamine officinarum *Lob. ico.* Calamintha aquatica *Geſn. Tab. Water Mint.*

N. 1. Experientia docet mentham quæ floſculos ſpicatos gerit, ſemen rarò perficere, & vel maxima ex parte infœcundum gignere. *Jo. Bodæ. in Theoph. hiſt.*

2. Menthæ folia lac coire & in caſeum denſari immerſa non patiuntur. *Dioſc. lib. 3. cap. 41.*

Mentha arvenſis verticillata, *vide* Calamintha aquatica.

Mentha cattaria *J. B.* felina ſive cattaria *Ger.* cattaria vulgaris & major *C. B.* Nepeta major vulgaris *Park. The greater Catmint or Neppe. In all the lanes about Swafham in great plenty: in a lane on the right*

hand of Barnwell in going thither, which leads down to the moor on which ſtand the peſthouſes: alſo at Ditton near Bigwin cloſes by the foot-way ſide, and in many other places about Cambridge.

N. 1. Nepetæ odor felem murilegam repræſentat, & pleriſque omnibus ingratus eſt. *C. Hofman. de Medicam. Officin. l. 2. c. 146. p. 425.* Nobis Nepetæ majoris odor non videtur ingratus.

2. Hanc mentham ex agris in hortos tranſlatam à felium ore & toto immiſſo ad volutandum corpore conteri & penitùs confici ſæpiùs vidimus; adeò ut etiam locum in quo comminutam plantam triverint oſtendat humus eorum corporibus compreſſa & lævigata: nec in alia quacunque planta ex agris in hortum tranſlata ſimile quidpiam hactenus obſervare potuimus: omnes enim quas tranſtulimus à felibus intactæ ſunt, hâc unâ exceptâ, quæ ſemper niſi ſpinis contecta dicto more corrumpebatur, ut ſexties ad minimum experti ſumus, idque diverſis in locis. Si verò aliquandiu in horto defendatur, donec coaleſcat & floreat, in poſterum intacta manebit, ſicut & ea quæ ex ſemine deciduo orta eſt: Adeò ut videantur feles languidam & marceſcentem appetere, vegetam non curare. Hinc Anglicus ille rhythmus de Nepeta;

If you ſet it the cats will eat it;
If you ſow it the cats can't know it.

Mercurialis montana ſpicata, *vide* Cynocrambe.

Militaris aizoides *Ger.* Stratiotes ſive Militaris aizoides *Park. Ad.* Aloe IV, ſive paluſtris *C. B.* Aloe ſive Aizoon *J. B. Water-Sengreen, or Freſh-water Souldier. In a ditch on the left hand as you go to Stretham ferry, and in the river about the ſame ferry, and in the river and ditches about Audrey cauſey abundantly.*

Millefolium aquaticum dictum Viola aquatica *I. B.* aquat.

aquat. seu Viola aquatica caule nudo *C. B.* aquat. floridum, seu Viola aquatica *Park.* Viola palustris *Ger.* Fœniculum aquaticum 2 *Tab.* Myriophyllon *Cæs.* equisetifolium fluviatile *Ad. Lob. Water-Violet, or Water-Millefoil.* In aquis cænosis frequens.

2. Pulegium aridum floreſcere dicitur ipſo brumali die. *Cicero de Divinat. lib. 2.* Coſtæus idem tradit, & hujus rei, inquit, exemplum eſt in animalium genere, in Pico Martio, cujus cadaver laqueari appenſum verno tempore novas plumas prioribus defluentibus proferre obſervatum eſt. *Utrumque hoc incredibile.*

Pulicaria, *vide* Conyza major.

Pulmonaria, *vide* Lichen arborum.

Pulſatilla *Matth. Dod. Tab. Lugd.* vulgaris *Park. Ger. Lob.* purpurea *J. B.* I, ſive folio craſſiore, & majore flore *C. B.* Herba venti *Trag.* Anemone limonia & Samolus Plinii *Dalechampio in Plinium.* Herba Sardoa *Dod. gal. Purple Paſque flower. On the left hand of the way over Gogmagog hills leading to Haverill, ſo ſoon as you come to the top of the hill.* Niſi in planè arido & aprico loco colloceturnon facilè culturam fert. *Cam. in hort.* noſtro experimento etiam in hortulis, ſolo lætiore & pinguiore, loco non aprico ſatis feliciter creſcit, imò viget, floret & luxuriat.

Quercus

Q

Quercus latifolia *Park.* vulgaris *Ger.* platyphyllos mas *P. Renealm.* latifolia mas, quæ brevi eſt pediculo *C. B.* vulgaris brevibus pediculis *J. B.* Balanon Hippocratis *T. Renealm. The common Oak tree.*

N. 1. Nulla eſt arbor quæ præter genuinum tot ſpurios & excrementitios producit fructus ac Quercus. vide *Verulam. Nat. hiſt. cent. 7. exp. 635.* & *J. Bauhinum.* Hi à Theophraſto enumerantur *hiſt. plant. lib. 3. cap. 8.*

2. Hujus inſuper foliis præ reliquis omnibus conſervatum debemus rorem cœleſtem, ex quo apes mella conficiunt. *Butler. tract. de apibus cap. 6. num. 40. & Theophr. lib. de melle.* Aliquando idem præſtant acer minus & corylus, ſed parcè. *Butler. ibid.*

3. Et hîc obiter notare poſſumus *è Theophr. de cauſis lib. 2. cap. 14.* quòd arbores quæ ampliore magnitudine ſe attollunt minorem plerunq; fructum generent.

4. Tandem & hoc obiter. Nullum eſt præſentius pharmacon ad interficiendas etiam vaſtiſſimas arbores quàm argentum vivum, ſi ejus aliquam partem oleo mixtam in arborem perforatam ad medullam uſque immiſeris, clauſeriſque foramen cum cera & cretâ: videbis brevi perituram. *P. Lauremberg. horticult. lib. 1. cap. 34. n. 5.*

Quinquefolium, *vide* Pentaphyllum.

R.

RAdix cava minima viridi flore *Ger.* Moſchatella foliis fumariæ bulboſæ, de qua Cordus *J. B.* Ranunculus nemoroſus Moſchatella dictus *Park.* Ranunculus nemoroſus IV, ſive nemoroſus Moſchatellina dictus *C. B.* Ranunculus minimus Septentrionalium herbido muſcoſo flore *Lob.* Denticulata *Lugd. The Musk Wood-Crowfoot. In the bank of a hedge by a grove of Elmes on the North-ſide of Cheſterton.*

Ranunculus paluſtris rotundifolius *Ger.* pal. Sardonius lævis *Park.* flore minimo *J. B.* pal. apii folio lævis *C. B.* Sardonius ſive Apium paluſtre *hort. Hafn. & Gron.* Ranunculus ſtrumea et Apiaſtrum Plinii, et Sardonia Dioſcoridis *C. B.* Herba Sardoa *Guiland. Marſh Crowfoot, or Round-leaved Spearewort.* In aquis.

Ranunculus aquatilis *Dod. Ger.* aquaticus hepaticæ facie *Lob. Park.* aquatilis albus tenuifolius *J. B.* paluſtris et aquaticus V, ſive aquaticus folio rotundo et capillaceo *C. B. Water Crowfoot.*

Ranunculus aquaticus capillaceus, *vide* Millefolium aquaticum VI, *C. B.*

Ranunculus arvorum *Park. Lob. Ger.* ſylveſtris tertius *Dod.* echinatus I, ſive arvenſis echinatus *C. B.* arvenſis echinatus *J. B. Rough-headed Crowfoot, or Corn-Crowfoot.* Inter ſegetes ubique.

Ranunculus bulboſus *Ad. Lob. Ger. Park.* tuberoſus *Dod. Lugd.* tuberoſus major *J. B.* pratenſis radice verticilli modo rotundâ *C. B.* lanuginoſus I, *Caſ.* primus exiguus *Trag.* & Ran. ſceleratiſſimus folio nigricante, levitérq; hirſuto, parte ſui adverſa ranam viridem referente *ejuſdem. Round-rooted or bulbous-Crowfoot.* In pratis & paſcuis paſſim.

N. Mendici hac plantâ exulcerant cutem, ut miſe-

rabiles

rabiles videantur. *C. Hofm. de Medic. Offic. l. 2. c. 132.*

Ranunculus flammeus maior *Ger.* paluſtris flammeus major *Park.* lanceolatus major *Tab.* longifolius paluſtris major *C. P.* longo folio maximus, Lingua Plinii *J. B.* Lingua Plinii *Lugd. Great Spearewort. In ſome ditches at Teverſham moor, and abundantly in many great ditches in the Fens in the Iſle of Ely.*

Ranunculus flammeus minor *Ger.* paluſtris flammeus minor *Park.* longifolius paluſtris minor *C. B.* flammeus aquatilis anguſtifolius *Ad. Lob. Lugd.* Flammula ranunculus *Dod.* Ranunculus longifolius, aliis Flammula *J. B.* qui eodem nomine pro ſequente utitur, ſcil. pro ſerrato. Ægolethron Plinii *lib. 21. cap. 13.* quibuſdam: Enneaphyllon ejuſdem *l. 27. c. 9.* aliis *C. B. The leſſer Spearewort.*

N. Maxima pars plantarum quæ in aquis naſcuntur facultatem inſigniter calidam obtinet: magna pars eorum quæ in locis aquoſis naſcuntur calida & ſicca eſt: ex his nonnullæ etiam cauſticæ ſunt.

Ranunculus flammeus ſerratus *Ger. Park.* paluſtris ſerratus *C. B.* aquatilis anguſtifolius ſerratus *Lob.* lanceatus ſerratus *Tab.* Flammula ranunculus folio ſerrato *Dod.* Ranunculus flammula folio ſerrato altera Dodonæi *hort. Hafn. Indented Spearewort.* Ad aquas variis in locis, & in aquis.

Ranunculus hederaceus rivulorum ſe extendens atrâ maculâ notatus *C. B.* aquaticus hederaceus luteus *C. B.* hederaceus Dalechampii *Lugd. Ivy-leaved water-Crowfoot. In the entrance of a little lane leading out of Coton road up to the bowling-green beyond the Caſtle of Cambridge.*

Ranunculus auricomus *Ger. Lob. ico. Thal.* nemoroſus dulcis *Park.* ſylveſtris dulcis Tragi *hort. Hafn.* rotundifolius vernus ſylvaticus *J. B.* nemoroſus vel ſylvaticus folio rotundo *C. B.* Martius *Trag.*

Polyanthemon Plinii *Ang. epiſt.* 11. *Sweet wood. Crowfoot, Goldilocks.* In ſylvoſis & dumetis copioſé.

Ranunculus nemoroſus albus, *vide* Anemone nemorum.

Ranunculus pratenſis repens *Park.* pratenſis repens hirſutus *C. B.* pratenſis etiámq; hortenſis *Ger.* pratenſis reptante cauliculo *Lob.* repens flore luteo ſimplici *J. B.* Ranun. 3. vulgari ſimilis per omnia, ſed dulcis *Tur.* Ranunculi genus humi ſerpens, non mordens *Cæſ. Common creeping Crowfoot, or Butter-cups.*

Rhaphanus aquaticus *Ger. Park. Tab.* aquaticus Tabernamontani *J. B.* V I, ſive aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis *C. B.* ſylveſtris officinarum aquaticus *Lob. ico. Cut-leaved water Radiſh.* Plantæ acres plurimùm pulices hortenſes procreant & alunt, quia ſale volatili abundant.

Rhaphanus ruſticanus *Ger. Lob. Offic. C. B.* ſylveſtris, ſive Armoracia multis *J. B.* Thlaſpi alterum Dioſcoridis *l.* 2. *c.* 186. Rhaphanus ſylveſtris Dioſcoridis *l.* 2. *c.* 138. Rhaphanus ſylveſtris ſeu Armoracia Plinii quibuſdam *C. B. Horſe-Radiſh. It was found in Magdalen College cloſe, but ſince hath been moſt what dug up and carried away.*

Rapiſtrum arvorum *Ger. Lob. Park.* Rap. I, ſive flore luteo *C. B.* flore luteo *J. B.* Sinapi agreſte *Trag.* Lampſana flore melino *Tab.* Olus ſylveſtre Plinii *l.* 19 *c.* 8. quo vixerunt Julii Cæſaris milites ad Dyrrhachium *Ad. Charlock, wild Muſtard.* Inter ſegetes. Aliàs ſiliquis aſperis eſt, aliàs glabris. Hoc duobus ſequentibus ferè altiùs aſſurgit: ſemina habet parva, nigra, rotunda: ſiliquas anguloſas, longas, non articulatas, brevibus pediculis inſidentes.

Rapiſtrum luteum ſiliquâ glabrâ articulatâ. E *radice* albâ, ſimplici, lignoſâ, paucioribus fibris capillatâ caulis

caulis emergit pedalis & major, à radice ſtatim ramoſus, & ſpinulis rigidioribus aſper. *Folia* utrinque hirſuta ſunt, laciniata, præſertim inferiora & propè exortum. *Flores* lutei, ſed non adeò ſaturè ut prioris, quin potiùs ſulphurei, quatuor foliis conſtantes, è calyce rubente exeunt. Leucoii lutei ſimiles (non enim in hoc genere, ut in reliquis, quãprimùm flos aperitur dehiſcunt calyces) *Siliquæ* ſuccedunt pediculis longioribus aſperis inſidentes, glabræ, articulatæ, magnæ oblongæ, ſemina ad ſex & octo continentes magna, ſed ſingula, & non per paria quemadmodum in vulgari. *Yellow Charlock with a ſmooth joynted cod.* Non differt hæc ſpecies à Rapiſtro albo articulato præterquam floris colore.

Rapiſtrum luteum ſiliquâ hirſutâ articulatâ. Hujus *radix* ſimplex eſt, alba & lignoſa: caulis pedalis, ramoſus, hirſutus. *Folia* itidem hirſuta, profundiùs laciniata, præſertim inferiora. *Flores* lutei, Rapiſtri arvorum ſimiles, præterquam quòd longioribus pediculis inſideant; quibus ſuccedunt *Siliquæ* à caule extantes, hirſutæ, articulatæ, in latum, tenuem & oblongum mucronem deſinentes, tria vel quatuor ſeminum paria continentes. *Semina* quàm Rapiſtri arvorum majora, primò ruffa, per maturitatem fuſca, aliquantulum compreſſa. *Yellow Charlock, with a rough joynted cod.* Inter ſegetes. An Rapiſtrum arvorum *Ger.*? Operæpretium nobis viſum eſt hæc accuratiùs deſcribere, quia de plantis adeò vulgaribus & ubique obviis, tam confuſè & obſcurè ſcripſerunt Botanici, ut difficile ſit intelligere quid ſibi velint. Qui ad deſcriptiones noſtras diligenter attendet, & plantas ipſas cum eis conferet, ex notis unamquamque facilè agnoſcet, & ab aliis ſpeciebus diſtinguet.

Rapum geniſtæ, *vide* Orobanche.

Rapum vel Rapa *Ang. Tur. Lac. Geſn. hort.* Rapum majus *Ger.* majus orbiculatum ſive turbinatum *Ad. Lob.* ſativum rotundum *Ƒ. B.* Rapa I, ſive ſativa rotunda *C. B.* Rapa mas Theophraſti & Plinii; Rapum Dioſcoridis *ejuſdem. Round Turnep.*

Rapum radice oblonga *Ger. emac.* ſativum oblongum *Ƒ. B.* tereti, rotundâ, oblongâ radice *Ad. Lob.* Rapa II, ſive ſativa oblonga, ſeu fœmina *C. B.* Rapa fœmina Theophraſti & Plinii *ejuſdem. Long Turnep.*

Rapum ſylveſtre *Ger. Matth.* ſylveſtre non bulboſum *Park. Ad. Lob.* ſylveſtre Matthioli *Ƒ. B.* Rapa ſylveſtris & Cæſalpini *C. B. Wild Rape or Turnep, Sown in the Iſle of Ely.*

N. Ex ſemine hujuſce rapi tuſo & preſſo oleum eliciunt vulgò *Rape-oile* dictum.

2. Semen vetus in quibuſdam plantis (inquit *Varro lib.* 1. *cap.* 40.) etiam naturam commutat. Nam ex ſemine braſſicæ vetere ſato naſci aiunt rapas, & contra ex raparum braſſicam; Cui etiam aſtipulatur Columella, aſſerens ſemen raparum trium annorum braſſicam producere, & è contra braſſicæ rapas. Nos verò inter haſce ſtirpes ſatis arctam intercedere cognationem docuerunt erucæ viviparæ braſſicis innatæ, quæ rapi folia non minùs avidè quàm braſſicæ ſuæ depaſcuntur, cùm alia plurima quæ iis in victum admovimus faſtidirent. Harum hiſtoriam, cùm hactenus à nobis nihil ſimile lectum, viſum aut auditum ſit, ſi prolixiùs, quàm inſtitutum noſtri ratio poſtulat, proſequamur; lectoris ſaltem veniâ digni erimus.

Eruca braſſicas depaſcens, ſi magnitudinem ſpectes, medium inter erucas locum obtinet, pilis albeſcentibus, raris, brevibus, nec ullibi congeſtis veſtita. Color corporis ex nigro, luteo & cæruleo inter

inter ſe variegatim diſpoſitis componitur, ex quibus luteus tres lineas ad corporis longitudinem deſcribit, unam ſc. in dorſo mediam, reliquas ad latera ſibi invicem oppoſitas: quas omnes color cæruleus & niger interjacent, nigro punctim, cæruleo fuſim depictis. Quinetiam nigra hæc puncta ſupra reliquum corpus protuberant, & ex ſingulis ſuis centris pilos emittunt. Capitis quoque color ex tribus prædictis inter ſe variè permiſtis conſtat, & ipſum ſimilibus pilis contegitur. Pedes numero ſexdecim, tribus claſſibus diſpoſiti: priorem claſſem ſex, mediam octo (ut in pleriſque omnibus erucis fit) ultimam duo complent. Hæc erucarum ζωοτόκων externa facies. Harum decem aut circiter thecâ ligneâ incluſimus, circa finem Auguſti Anno 1658. ubi rapæ & braſſicæ foliis per aliquot dies exaturatæ, thecæ lateribus, ſed præcipuè operculo ſeſe affixerunt: ibi ſeptem ex illis viviparas ſeu vermiparas ſe eſſe prodiderunt; ex earum enim dorſo & lateribus animalcula è vermiculorum genere plurima, ex ſingulis ſc. erucis triginta ad minimum, è nonnullis ultra ſexaginta, proruperunt, alba, glabra, pedibus deſtituta, & cùm microſcopio examinavimus, pellucida, quæ ſtatim à nativitate textrinam inchoabant, ſibíque loculos ſive domicilia ſericea intra duarum horarum ſpatium pertexebant, è quibus inſequentis Octobris principio muſcarum formâ prodierunt; capite & toto corpore tam ſupernè quàm infernè nigris, cruribus rufeſcentibus, antennis pro animalium ratione longiſſimis: Alæ his corpore longiores, argenteæ prorſus, niſi quòd ſingulæ ſingulis maculis nigris notarentur. Tota corporis moles formicarum minorum magnitudinem non excedebat. Reliquæ ejuſdem generis erucæ, (nam tres aut quatuor erant quæ vermiculos

non procreabant) interjecto diuturnioris temporis ſpatio, mutatæ ſunt in aurelias anguloſas & gibboſas, primò ex luteo viridi, poſtea glauco colore conſpicuas, quæ tranſacta hyeme medio Aprili mutabantur in papiliones albas, quatuor alis donatas, ſingulis alis ſuperioribus duabus maculis nigris notatas. Viviparæ ſuprà deſcriptæ, nullam metamorphoſin paſſæ, poſt aliquot à partu dies moriebantur. Illud etiam notatu dignum, quòd ſi dictas erucas autumno appetente obſervaveris, plures viviparas invenies, ſi autumno jam pæne exacto, plures in aurelias abeuntes.

Ex quo hæc obſervavimus, ingenioſiſſimus Vir & ſedulus naturæ indagator D. *Franciſcus Willughby* in variis erucarum ſpeciebus dubiam tranſmutationem obſervavit; v. g. in ambulone prima ſive erucâ denſiùs piloſâ Mouſeti, Sepiariâ vulgari, trium flaveſcentium primâ Mouſ. &c. in quibus, & ut probabile eſt in pleriſque aliis, erucæ non ſemper in aurelias transformantur, ſed interdum in ova oblonga, figurâ qualia ſunt formicarum, ſed colore plerumque fuſca, nunc unum, nunc plura, nunc majora, nunc minora, pro magnitudine ſc. erucarum, Simile quid à D. Knivetto obſervatum legitur apud Mouſetum *theat. inſect. lib.* 1. *cap.* 10. Verùm quæ ibi adferuntur partim falſa ſunt, partim confuſa & obſcura. An ova hæc quæ vocamus ab erucis ponantur illâ ſpecie quam vidimus; an uti Braſſicaria, ità & reliquæ omnes priùs vermiculos pepererint, qui poſtea in ova transformati ſunt, nondum comperimus, quamprimùm licuerit, ſequenti æſtate, Deo volente, exploraturi: interim poſterius nobis probabilius videtur, ſiquidem eodem modo ſe habent ova hæc ad muſcas, quo aureliæ ad papiliones; & vermiculi ad ova, ut erucæ

ad

ad aurelias. Et tamen è contrà non omnino dissimile veri est, erucas eodem modo in ova hæc nonnunquam immediatè transmutari, quo frequenter in aurelias solent. Examinandum præterea, an erucæ quæ hoc modo in ova abeunt infirmiores sint & strigosiores cæteris, in quibus natura cùm primariam suam intentionem non possit assequi, & papilionem efficere, saltem quod potest, nè omnino fine suo excidat, imperfectius animalculum viz. muscam effingat.

Observavit præterea idem eruditissimus Vir, ova hæc (ità in præsentiarum liceat appellare commodiore vocabulo destitutis) duûm esse generum; alia breviora, fusca, ex annulis quibusdam composita; alia oblonga, pellucida ferè, et non in annulos distincta. sed uniusmodi membranâ contecta: Priora semper muscas carnarias ediderunt, posteriora muscas ex genere tripilium Moufeti. Nos hæc seriò perpendentes, et ova cum aureliis conferentes, (quoniam hactenus experimenta nos deficiunt, siquidem autumno jam penè exacto, hæc primùm nobis communicata sunt) ità de illis opinamur. Quemadmodum erucæ aliæ telâ se involvunt antequam in aurelias transeunt, aliæ omnino nudæ in hac metamorphosi permanent; ità et vermiculi, alii in ova transformantur nudi, alii priùs se telâ involvunt, ut liquidò constat in Brassicariis: prioris generis sunt ova illa quæ apparent fusca, et annulis distincta eodem ferè modo quo aureliarum caudæ, quæ in muscas carnarias abire diximus. Hæc scil. ut conjectamur, sunt muscarum aureliæ (si ità liceat vocare) nudæ. Posterioris generis sunt quæ oblonga videntur et pellucida, et muscas tripiles edunt: Hæc enim non sunt (ut putamus) ipsæ muscarum aureliæ, sed folliculi, in quibus aureliæ latitant ejusdem

speciei

ſpeciei cum prioribus et eodem modo in annulos diſtinctæ, quemadmodum in bombycis folliculo latitat chryſalis. De his nobis nondum ſatis perſpectis nihil temerè pronunciare audemus.

Rapunculus Scabioſæ capitulo cæruleo *C. B. Park.* Rapuntium alterum leptophyllon capitatum *Colum.* Scabioſa ovilla *Cam.* media *Lob. Lugd.* 12, ſive minima hirſuta *Ger. emac.* globularis, quam ovinam vocant *J. B. Rampions with Scabious-like heads, or Hairy ſheep Scabious. On the ſandy grounds about Gamlingay,* & alibi.

Rapunculus ſylveſtris minor *Tab. v.* Campanula rotundifolia.

Regina prati, *v.* Ulmaria.

• Reſeda vulgaris *C. B.* minor ſeu vulgaris *Park. hort. Paris.* Reſ. Plinii *Ger. Eyſt.* lutea *J. B. Dalec.* Eruca peregrina Italica vel Cantabrica *Ad. Lob.* Seſamoides 1 *Cæſ.* Erucago vulgaris *Col.* Reſ. minor flore ſubvirente *hort. Bat. Italian Rocket, Common baſe wild Rocket. On the dry bankes of ſome cloſes beyond Peterhouſe not far from the river; on the bankes about Cheſterton, and in many places among the corn.*

Reſta bovis, *v.* Anonis.

• Rhamnus catharticus *J. B. C. B.* catharticus ſive Spina infectoria *Matth. Lob.* ſolutivus *Dod. ut. Ger. emac.* Spina cervina vulgò *Geſn. hort.* Floret Maio, Autumno baccæ matureſcunt. *Buckthorne or common purging Thorne. In a little thicket beyond Coton, in Madingley wood, Teverſham cloſes,* & alibi.

N. Baccæ hujus fruticis tria colorum genera præbent; nimirum primò croceum, ſi meſſis tempore lectæ, arefactæ ac tuſæ in aqua & alumine macerentur. Secundò pulchrè viridem, quem *Sapgreen* Anglicè vocant, pictoribus & infectoribus accommodatiſſimum, ſi legantur autumno, cùm maturitatem

tem assecutæ nigræ evaserint, & tusæ in vasi æreo asserventur. Tertiò puniceum, si circa festum S. Martini in arboribus adhuc hærentes.

Rhus sylvestris, *v.* Elæagnus *Cordi.*

Ribes nigrum vulgò dictum folio olente *J. B.* fructu nigro *Park.* 3 *Ger.* sylvestre *Trag. Thal.* sylvestre aquaticum, Sabinæ ferè odore *Gesn. coll.* Ribesium fructu nigro *Dod.* Piper hortense olitoribus Galliæ *Gesn. hort.* Grossularia XI, sive non spinosa fructu nigro *C. B. Black Currans, Squinancy-berries. By the rivers side at Abington.*

Rorella sive Ros solis foliis oblongis *J. B. Park.* Ros solis folio oblongo *C. B. Sundew or Rosa solis with long leaves. On Hinton moor, about the watery places plentifully.*

N. In Anglia observatum est ab opilionibus, oves quæ crebrò hac herbâ vescantur habuisse hepar & pulmones malè affectos, & marcore quodam vitiatos. *Cam. hort.* Indè Anglicè *Red rot* appellatur.

Ros solis folio rotundo *Ger. C. B. Park. J. B.* Rorella sive Ros solis *Eyst. Sundew, or Rosa solis with round leaves. Near Gamlingay in a mooriſh place where they digge turfes, not far from the high-way leading to Bedford, v.* Ascyron supinum villosum, &c.

Rosa sylvestris *Matth. Dod.* syl. vulgaris canina *Park.* canina spongifera flore purpureo *hort. Bat.* sylvestris vulgaris flore odorato incarnato *C. B.* sylv. alba cum rubore, folio glabro *J. B.* canina inodora *Ger.* Cynosbatos Dioscoridis *Ad.* Rosa canina odorata & sylvestris *Lob.* qui cum C. B° florem respicit, Gerardus verò, cùm inodoram dicit, folia. *The Briar-bush, or Dogges-rose.* In sepibus & dumetis.

N. Adnascitur aliquando hujus virgis pilula quædam molliter hirsuta, Plinio Spongiola nominata; quæ Officinis Bedeguar perperam dicitur; est enim

Bede-

Bedeguar Cardui genus *J. B. C. B.*

Spongiolam hanc si incideris, vermiculis quibusdam exiguis, albis intùs refertam invenies, testibus *Ve-*
¶ *rulam. nat. hist. cent. 6. exp. 562. Spigel. isag. lib. 1. cap. 10. Mouset. Theat. insect. lib. 2. cap. 20.* et ipsâ demum experientiâ. Ex his vermiculis cantharides nasci tradunt *Spigel. & Mouset. locis mox laudatis, Aristot. lib. 5. hist. cap. 19.* an rectè ex sequentibus Lector intelliget. Qui per hyemem in spongia latitârunt (nam reservavimus nonnullos) mense Maio anni sequentis muscarum formâ prodierunt: figura et proportio corporis ei quæ est formicæ volantis respondebat, magnitudo paulò minor. Caput his et humeri nigri; nigro et tenui filo alvo adnexi, oculi etiam (pro animalculi ratione magni) eodem colore tingebantur. Alvus superiore sui parte rufescens, inferiore, nisi ubi maculis notabatur, ex luteo virebat, excepto ipsius caudæ apice nigricante. Maculæ jam dictæ duas sub ventre lineas conficiebant, singulas punctis nigris quinque constantes. Pedes habent sex rufescentes, alas quatuor argenteas, anelytras, inferiores parvas, superiores ampliores, singulas singulis maculis nigris insignes. Harum insuper muscarum aliæ aculeo sive spiculo ex cauda semper prominente armantur, et ad Mouseti seticaudas referri possunt, aliæ eâ omnino destituuntur: et in hoc fortè sexuum differentia.

Rubeola arvensis *Cam.* arvensis repens cærulea *C. B.* Rubea minor pratensis cærulea *Park.* parva flore cæruleo se spargens *J. B. Little field-Madder. In the corn next beyond Gogmagog hills, on the left hand of the way leading to Linton, and in many other places in the corn.*

Rubus minor fructu cæruleo *J. B.* repens fructu cæsio *C. B. Ger. emac.* humilis et 1 *Trag.* minor, Cha-

mærubus

mærubus et Humirubus *Park.* Chamæbatos Theophrasti *C. B. Small Bramble, Dewberries.* Inter segetes.

Rubus Ger. I vulgaris, sive Rubus fructu nigro *C. B.* Βατος Græcis, Sentis Latinis, Βατινα Galeno, Rubus Dioscoridi et Plinio, Rubus excelsa Theophrasto *eidem.* Rubus major vulgaris *Park.* major fructu nigro *J. B.* Morus, sive Rubus *Ang. Bramble-bush, or Black-berry-bush.* In sepibus et dumetis.

Rumex, *vide* Lapathum.

Ruta muraria, *vide* Adianthum album.

Ruta pratensis, *vide* Thalictrum.

S

Sagitta major *J. B. Ger. Matth. Dod. Tab.* aquatica major *C. B.* major latifolia *Park.* Pistana Magonis, sive Sagittaria aquatica Plinii *Ad. Lob.* Phleos mas latifolia *Lugd.* Barba sylvana recentioribus *Cæs. Great Arrow-head.* In aquis.

Sagitta minor *Lob. Lugd. Matth. Dod. Tab.* Sagittaria minor angustifolia *Park. J. B.* Sagitta aquatica minor angustifolia *C. B.* Pistana Plinii *Ang.* Sagitta *J. B* 3 sive Sagittaria minor angustifolia *Ger. Small Arrow-head.* Cum priore. Florent mensibus Maio et Junio.

Saginæ Spergula, *vide* Spergula.

¶ Mira est botanicorum in describendis et distinguendis salicibus confusio et obscuritas. Dum enim alii in arboreas et pumilas eas distinguunt, alii in latifolias et angustifolias, nullâ habita ratione texturæ & qualitatum foliorum, tum cognata disjungunt, tum aliena copulant. Præterea adeò breves sunt & obscuræ pleræque descriptiones, ut vix quicquam certi exinde colligere licet. Nos igitur partim ob

rationem

rationem dictam, partim quia nemo, quòd sciamus, attigit nonnullas salices quæ frequentes apud nos sunt, conati sumus pro modulo nostro eas naturæ convenientiùs distinguere, easque ex nostratibus species, quæ vel non omnino vel obscurè traduntur, accuratiùs describere, ut quicunque ad descriptiones diligentiùs attenderit, non possit non eas agnoscere & dignoscere.

Salicis decem habemus species, quas respectu texturæ foliorum ad duo capita sive genera reducimus. Primum genus esto, Salix folio compactiore, vernaculè *Willow* dicta. Secundum Salix folio laxiore & crassiore, vernaculè *Sallow and Osier*. Utriusque species habemus quinque.

Salix folio compactiore.

1. Salix folio utrinque glauco, viminibus rubris. An Salix vulgaris rubens *C. B.*? An Salix angustifolia purpurea, seu nigra *Park.*? Hæc in procerum adolescit arborem. Hujus nucamentum ex pediculo longo pluribus foliis vestito, post foliorum exortum se ostendit, spicâ longiusculâ gracili, compactâ, quæ ex pericarpiis squammatim dispositis, & foliolis luteis pericarpiorum petiolis astantibus coagmentatur. Ipsa pericarpia quàm in reliquis papposis minora, brevissimo pediculo fulta, in summitatibus suis dum adhuc juniora sunt, duobus staminulis luteis & brevioribus ornata, quibus mox exarescentibus pericarpia augentur, donec tandem maturo semine (si quod sit) dehiscentia pappum ostendant. Totius hujus nucamenti facies non malè exprimitur in icone primæ Salicis apud *J. B.* Hi juli non ferè defluunt ante Solstitium æstivum. *The common red Willow.*

2. Salix folio utrinque glauco, viminibus albidioribus. Salix *Ger.* maxima fragilis alba hirsuta *J. B.* alba

alba Theophrasti, Amerina & candida Plinii *ejusdem*, vulgaris alba arborescens *C. B.* vulgaris arborescens longis angustis foliis *P. B.* perticalis *Col.* fortè & *Cord.* arborea angustifolia alba vulgaris *Park. The common white Willow.* Hujus juli cum Salicis fragilis mox describendæ julis in omnibus præterquam magnitudine conveniunt.

N. 1. Quòd vita aquatilibus plantis brevior sit quàm terrestribus, ut Salici aliisque. *Theoph. hist. plant. lib. 4. cap. 14.*

2. Buxus, pinus, robur lentè crescunt, properè salix & populus; quatenus illæ & similes texturâ densâ tenaciq; sunt, neque alimentum facilè diffluere luxuriaréque patiuntur; hæ verò aliæq; id genus rariore laxioréque sunt, neque diffusioni productionique alimenti obsunt. *P. Gassend. Operum tom. 2. pag. 186.*

3. Salix folio lato splendente fragilis. An Salix fragilis *C. B.*? Salix spontanea fragilis, Amygdalino folio, non auriculata *J. B.*? In satis magnam excrescit arborem, cortice virgarum ex luteo rubente, ramulis fragilibus, (unde vulgo Cantabrigienſi *The Crack-Willow* dicitur) *Folia* habet ampla, quatuor nonnunquam aut quinque uncias longa, unciam aut sescunciam lata, glabra, splendentia, in ambitu dentata, supernè hilari virore prædita, infernè magis glauca, ad basin interdum auriculis sed minoribus donata, sæpiùs tamen iis destituta. *Juli* constant ex filamentis sive capillamentis luteis muscosis & ex foliolis luteis eorum bases amplectentibus: duobus staminulis, unum adstat foliolum luteum. Hæc simul efficiunt spicam raram, sparsam, muscosam, bene olentem et tractantium manus luteo colore inficientem; Capitula etenim staminum polline quodam luteo conspersa sunt.

4. Salix

4. Salix folio ſplendente auriculato flexilis. H
in arborem, quantum adhuc vidimus, non adolesc
Cortex virgarum teneriorum luteo-viridis eſt, int
dum ad rubedinem inclinans. *Folia* habet alter
tim poſita, duas aut tres uncias longa, ſemunci
aut unciam lata, in margine eleganter dentata, ſ
pernè hilari virore ſplendentia, ſaturatiore tam
aliquanto quàm ſuperioris. Illud huic ſpeciei pec
liare eſt, quòd ubique ad baſin foliorum utrinq
auriculas obtinet amplas, ſubrotundas, eodem mod
quo folia dentatas, verſus folium in angulum def
nentes. *Juli* muſcoſi ſunt, & in eo duntaxat à ſupe
rioris julis differunt, quòd ad unumquodque folio
lum luteum tria habeant ſtaminula ſeu capillamenta
& non duo tantúm. An Salix folio Amygdalin
utrinque virente aurito *C. B?* An Salix ſponta
Amygdalino folio fragilis auriculata *J. B?* Th
round-eared ſhining Willow.

5. Salix humilior foliis anguſtis, ſubcæruleis, u
plurimum ſibi invicem oppoſitis. *Cortex* ramor
exterior cinerei coloris eſt, & veluti politus. *Foli*
oblonga, anguſta, non auriculata; ex intervallis bi
hinc indè ut plurimùm oppoſita, non crenata ve
ſaltem leviter, ejuſdem ferè ubique latitudinis, e
non ſenſim anguſtata ut in reliquis. Hujus *Juli*
omnium minimi ſunt, ſive longitudinem, ſive craſſi
tiem ſpectes, ex ſtaminibus ſeu filamentis luteis
foliis lanuginoſis compoſita. Hæc denſiùs ſtipat
corpus nucamenti efficiunt compactum ſatis et lanu
ginoſum, quod pediculo brevi ſuſtentatur foliis or
nato. Filamentorum apiculæ primo exortu rubr
mox in luteum degenerant. An Salix tenuior foli
minore utrinque glabro fragilis *J. B?* *The yellow
dwarf Willow. By the horſe-way ſide to Cherry-Hinton
in the cloſe juſt by the water which you paſſe over to g
thither.*

N. Cor

N. Cortex ramorum interior pulchrè luteus aquam in qua per duodecim horas maceratur eodem colore tingit; ut aqua instar vini Hispanici appareat.

Salix folio laxiore.

1. Salix folio ex rotundo acuminato auriculata. Salix folio ex rotunditate acuminato *C. B.* Caprea latifolia *Tab. Ger.* latifolia oblongior *Park.* latifolia infernè hirsuta *J. B. Common Sallow.* Hæc species in sepibus est vulgatissima. Hujus *juli* ex ipsis virgarum gemmis erumpunt ante foliorum exortum, pediculo breviori, crassiusculo et lanuginoso insidentes, ad quem vel nulla vel minima foliola. *Julus* ipse crassior, ventricosior et pro magnitudine brevior, post muscosæ comæ defluxum, componitur ex pericarpiis et foliis lanuginosis ad singulos pericarpiorum pediculos singulis. In hoc genere pericarpium pediculo longiore nititur, ejúsq; figura scandicis vasculum seminale aliquatenus imitatur, nisi quòd rostrum longè brevius sit; ad imum enim crassius et compressius in acutum desinit. Cùm maturuit semen, in binas carinulas dissiliens pappum seu lanuginem ostendit. Dum ad maturitatem tendit hoc nucamentum, pericarpia multùm augentur, foliola verò lanuginosa sensim langueſcunt et absconduntur. Primo vere ante omnia alia emergit.

2. Salix folio subrotundo auriculata. Hæc in arborem, si permittatur, adolescit. *Folia* habet ferè rotunda, nisi quòd in acutum mucronem desinant; supernè saturè viridia, , infernè glauca aut cinerea, texturæ rarioris sed tamen crassa. *Virgæ* tenuiores quà solem spectant nonnihil rufescunt, aversâ parte coloris sunt viridis ad cinereum inclinantis, ut est et cortex ramorum. *Julos* nondum observavimus. Salix latifolia rotunda *C. B.* caprea rotundifolia

Tab. Ger. latifolia infernè hirsuta *J. B.* qui has duas proximè dictas non vult specie differre, quem adi. Salix latifolia rotunda *Park.* *The round-leaved Sallow.*

2. Salix folio longissimo. Salix angustis & longissimis foliis crispis subtus albicantibus *J. B.* apud quem vide & descriptionem. *The Osier. At least so called in Essex and Cambridgeshire. Parkinson and Gerard seem not to understand what sort is so tearmed. That which they give us for the Osier hath indented leaves.*

4. Salix folio longo, & folio & vimine subluteo, non auriculata. Et hæc etiam rariùs in arborem adolescit, virgis tenuibus subluteis, foliis unciam latis, tres uncias longis, acuminatis, supinâ parte pallidè virentibus, pronâ incanis, pediculis satis longis insidentibus, non auriculatis. Hujus julos nondum observavimus. *The long leaved yellowish or green Sallow.*

5. Salix folio longo non auriculato vimine rubro Hæc à superiore vix alia in re quàm foliorum & viminis colore differt, qui in hac rubidior est. *The long-leaved red Sallow.* Juli salicis capreæ latifoliæ per omnia similes, nisi quòd in minùs acutum desinant, minúsque ventricosi sint. *All these sorts of Willows are to be found either planted by water-courses, or in the Osier-holts by the river Cam side.*

Salix rosea *Ger. Park.* Hanc non esse salicis speciem à reliquis distinctam pro comperto habemus: nam congeries foliorum, in virgarum summitatibus ea formâ compactas ut rosas probè imitentur, pluribus salicis speciebus aliquando adnasci observavimus. Frequenter occurrit hæc foliorum positio apud nos in salice vulgari alba & rubra; vidimus etiam alibi non

non semel in caprea, & in salice quadam pumilâ: Adeò ut certum sit naturæ lusum & luxuriem salices efficere roseas, non formam aliquam specificam. Qui hæc rosarum imitamenta salicibus virentibus & fronde tectis sedulò quæsita non invenerit, expectet pauliſper dum folia defluant; reliquis enim foliis decidentibus manent adhuc in virgarum summitatibus, & se cuivis conspicienda præbent foliola rosas imitantia, quæ quamvis exiccantur & nativum virorem penitùs amittunt, per totam tamen hyemem etiam sæviſſimam tenaciter virgis adhærent, quia iis sine pediculo firmiter adnectuntur. Ex his colligere licet, quid judicandum sit de salice anguſtifolia undecimâ, sive humili capitulo squammoso *C. B.* & de eisdem capitulis apud *J. B. Park. & Lugd.* certis salicis speciebus tanquam propriis attributis.

Salvia vitæ, *vide* Adianthum album.

Sambucus aquatilis sive paluſtris *Ger.* aquatica *J. B.* aquatica flore simplici *hort. Paris. C. B.* paluſtris sive aquatica *Park.* Lycoſtaphylon fœmina *Cord.* Opulus *Ruell.* Aceris species 3, qu[illegible] latanus aquatica *Ang.* Chamæplatanus *Gesn. hort. Marsh or Water Elder.* Floret circa initium Junii, Fructus sive baccæ Septembri matureſcunt. *By the ditch of one of the closes on the back-side of Clare-hall. In many places in moist woods and by water courses*

N. Erucæ Sambucinæ à Moufeto descriptæ *lib.* 2. *cap.* 2. autumni tempore mutantur in aurelias rotundas, atrorubentes, nullâ telâ involutas, è quibus sequente Maio papiliones majores vel mares vel fœminæ erumpunt. Mares, præter oculos qui nigri sunt, omnibus partibus rufeſcunt, inter ſcapulas & toto corpore densè piloſi & hirſuti. Alas habent longas, anguſtas, crenulatas: antennas me-

diocres, non ſurſum tendentes, ſed ad latera flexas, pulchrè articulatas et ſerratas. Fœminarum alæ coloribus diſtinguuntur variis, albeſcente, nigro, ruſeſcente, viridi obſoleto. Color viridis obſoletus per ſcapulas hirſutas et ſuperiorem alvi partem ſe extendit: inferior venter ſordido albore offuſcatur. In cæteris cum maribus conveniunt, niſi quòd ventricoſiores ſint, et antennas habeant, non ità manifeſtè ſerratas. Ova pariunt viridia, ad granum ſinapis magnitudine accedentia.

Sambucus humilis, *vide* Ebulus.

Sambucus *Ger.* vulgaris *Park. ℈. B.* domeſtica *Caſt.* vulg. fructu nigro *hort. Paris.* I, ſive fructu in umbella nigro *C. B. Common Elder.*

N. 1. Inſita prunus in Sambucum, quamvis ut expertus ſum non facilè comprehendat, fructus fert purgantes. *Cam. hort.*

2. Peculiare genus fungi edit hæc arbor, auriculam Judæ appellant ob ſimilitudinem, atque ex ſignatura colligunt id auribus utile eſſe. Atque hic obiter notare licet hac etiam in parte Chymicorum vanitatem, qui ſignaturas plantarum adeò crepant et deprædicant. Nos certè curioſiùs rem perpendentes, ſignaturas naturalium facultatum et virtutum indices non eſſe à natura plantis impreſſas, haud contemnendis rationibus movemur ut aſſeramus. 1. Quia è plantis ſpecificis dictis, quæ ſcilicet cuivis parti aut membro corporis aut morbo ut propriæ dicantur, numerus earum quæ ſignaturis carent longè major eſt, ut in cardiacis, thoracicis, cephalicis, hepaticis facile eſſet oſtendere. 2. Quia diverſæ partes ejuſdem plantæ, ut folia, radices, flores, ſemina, non ſolùm diverſas ſed nonnunquam etiam contrarias exhibent ſignaturas. 3. Quia plurimæ plantæ rerum naturalium et artificialium imagines

imagines exprimunt, ad quas tamen nullum habent reſpectum; ut flores quarundum orchidum muſcarum, aranearum, ranarum, apum, papilionum, &c. (Inter quæ (ut id obiter notem) tanta exiſtit ſimilitudo, ut nemo non ſtatim illam agnoſcat, nec poſſe fieri ſibi perſuadeat, ut id unquam caſu eveniat, ſed naturæ conſilium manifeſtè arguere) Burſæ paſtoris vaſcula ſeminalia ſacculi; Thlaſpeos biſcutati clypei; Antirrhini vulgaris capitis vitulini: Piſum cordatum expreſſam habet cordis imaginem, ut et folia quarundam Medicæ ſpecierum: Tragopogon barbæ hircinæ; radix terræ glandium muris; Iris et gladiolus gladii; Fœnugræci ſiliquæ cornuum &c. ad quæ tamen nullatenus referri debent aut poſſunt. 4. Quia partes plantarum quarundam eas interdum partes corporis repræſentant, quibus tamen quàm maximè adverſantur. Sic Anacardii fructus cor repræſentat, et eſt tamen venenatus; Tithymallorum ſuccus lacti ſimilis eſt, nemo tamen tam væcors eſt, ut illud ad lac nutricibus augendum propinet; Meſpilorum caro ſtercori humano conſiſtentia et colore affinis, nec tamen confert ad alvum ſubducendam; Fungus igniarius truncis arborum adnaſcens pulmones figura, colore, et ſpongioſa mollitie refert, et eſt tamen malignus et pulmonibus inimicus. Infinitum eſſet ſingula percenſere. 5. Eædem corporis partes diverſis et ſæpe contrariis morbis afficiuntur, qui diverſa et qualitatibus diſcrepantia remedia expoſcunt. 6. Quia in diverſis plantis partes ejuſdem ſpeciei et figuræ vires diverſas et differentes obtinent, ut in bulboſis radicibus conſtat, quarum aliæ vomitum cient ut narciſſi, aliæ cibum præbent gratiſſimum ut tulipæ. 7. Nec numerus ſignaturarum tantus eſt, nec quas adferunt ſignaturæ adeò cuiquam obviæ aut manifeſtæ,

festæ, ut digitum aut consilium intendentis naturæ arguant; verùm in tanta plantarum multitudine, si temerè omnino & casu extitissent, æqualem signaturarum numerum facilè contigisset ingenio præsertim humano & imaginationis ope reperiri.

Sanicula sive Diapensia *Ger. Park. Brunf. Matth. Dod.* Sanic. officinarum *C. B.* mas Fuchsii sive Diapensia *J. B.* quinquefolia officinarum mas *hort. Wars.* Sideritis 3 Dioscoridis *Col.* Floret mense Junio. In sylvis & umbrosis sepibus. *Sanicle.*

N. Gallis in adagium venit vulgò jactatum, eos non egere chirurgo qui Bugulam & Saniculam habuerint.

Qui ha du Bugle et du Sanicle
Fait aux chirurgiens la nicle.

Saponaria *Dod. Lob. Ger.* vulgaris *Park. J. B.* major lævis *C. B.* Herba fullonum recentiorum *Fuchsii ex Ruellio.* Viola agrestis *Trag.* Struthium *Fuch. Thal. Lugd. Sopewort.* Floret Julio & Augusto. *In a place paled about on the right hand of Barnwell, as you go to Sturbridge fair; also about the brick-wall of the great house at Madingley; and on a bank at Cherry hinton by the Springs near the chalk-pits.*

N. Hujus floribus mense Augusto insidere gaudet papilionum mediarum 12 apud *Mouset. Theatr. insect. p.* 105. quæ præter volatum perniciissimum ab eodem observatum insignis est ob longissimam proboscidem, et sonum quem edit magnum crabronis voci pæne similem.

Satyrium basilicum, *vide* Orchis palmata.

Saxifraga alba *Ger. Dod. Fuch. Gesn. Cam. Tab.* alba vulgaris *Park.* rotundifolia alba *C. B.* alba radice granulosa *J. B.* alba tuberosa radice *Clus. hist.* Thelygono affinis herba *Cæs. White Saxifrage. On*

the

the hill of Health, and on a common between Hiſton and Cheſterton abundantly. Floret circa finem Aprilis et initio Maii : niſi dum floret, in ſiccioribus fruſtrà eam quæſiveris. Folia enim ſunt minutiſſima & interdum prorſus exiccantur.

Saxifraga Anglica Occidentalium *Lob. Park.* Anglica alſinefolia *Ger. emac. Pearlwort, Chickweed-Breakſtone. Upon Gogmagog hills, Newmarket heath, and the drier part of the moors.* Floret Junii initio & deinceps.

Saxifraga Anglica facie Seſeli pratenſis *Lob. Ger.* Seſeli pratenſe noſtras *Park.* Saxifr. umbellifera Anglorum *Lugd.* Saxifr. Anglica foliis fœniculi latioribus, radice nigra, flore candido, ſemine fœniculi, ſimilis Silao. *J. B.* Hippomarathrum album & Anglicum *Tab.* Daucus ſeſeli pratenſis facie *C. B. in Phytop. Common or meadow Saxifrage, or green Saxifrage.* In pratis & paſcuis.

Saxifraga graminea puſilla, flore parvo herbido et muſcoſo. *Small graſsie Saxifrage.* Flores ſinguli pediculos obtinent ſingulares. Reperitur in uliginoſis, nonnunquam etiam in ſiccioribus, *as upon Newmarket heath, where the graſſe is low. If any one deſires certainly to know what plant we mean, he may be ſure to find it among the ſtones in the ſtone-walk in the Fellows garden at Trinity Colledge. We think this plant hath not been yet deſcribed.* Referri poteſt ad gramina.

Saxifraga paluſtris alſinefolia, *vide* Alſine paluſtris foliis tenuiſſimis.

Scabioſa major vulgaris *Dod. Lugd. Ger.* major communior *J. B.* vulgaris foliis diſſectis *hort. Bat.* major ſatorum vulgatior *Lob.* pratenſis hirſuta, quæ officinarum *C. B.* vulgaris, inter ſegetes naſcens *Cluſ. Common Scabious.* In ſatis et pratis. Floret

Junio Julióque : variat autem floris colore, purpureo ſc. et albo.

Scabioſa minor ſive columbaria *Ger.* minor vulgaris *J. B.* minor campeſtris *Park.* capitulo globoſo minor *C. B.* forté. *The leſſer field Scabious.* In montoſis pratis et ſiccioribus, *as upon the hill of Health, &c.*

Scabioſa major ſquammatis capitulis, *vide* Jacea ſegetum major foliis diſſectis.

Scandix, *vide* Pecten Veneris.

Scirpus major, *vide* Juncus aquaticus maximus.

Sclaræa ſylveſtris *Tab. vide* Horminum ſylveſtre.

Scordium *J. B. C. B. Matth. Dod. Ger.* legitimum *Park.* Trixago paluſtris *Lob. Water Germander. In many ditches in the Iſle of Ely, in the Oſier holts about Ely city: Alſo in a ditch on the left hand of the road leading from Cambridge to Hiſton, about the midway thither.* Floret Junio, Julio & Auguſto (i.) æſtivis menſibus.

Scrophularia major *Ger. Lob.* major vulgaris *Park.* vulgaris & major *J. B.* major radice tuberoſa *hort. Hafn.* nodoſa fœtida *C. B.* Ocymaſtrum alterum *Trag.* Galeopſis *Dod. Gal. Figwort. In Madingley and Kingſton woods, and many other places.* Floret Julio.

N. Memorabile eſt quod quidam referunt, viri aliam reperiri herbam quæ diutiùs vireat, & ab interitu vindicetur. Germaniæ quædam mulierculæ in vigilia D. Joan. Bapt. in tabulato ſuſpendunt, parietibus quoque imponunt, & ſuprà januas collocant, quibus in locis longo tempore viget, viridis permanet, & continuò repullulat, adeo ut circa feſtum nativitatis Chriſti virentem eam invenire liceat. *Jo. Bodæ. in Theophr. hiſt.*

Scrophularia aquatica major, *vide* Betonica aquatica.

Scrophularia

Scrophularia minor, *vide* Chelidonium minus.

Secale *Matth. Lob. Tab. Ger.* vulgatius *Park.* hybernum vel majus *C. B.* Siligo *Brunf. Lon.* veterum, & Secale *Trag.* Olyra *Cord. in Dioſc.* Rogga ſive Secale Plinii *Dod.* Tipha Cerealis Theophraſti *lib.* 8. *cap.* 1. *P. Gaſſend. Rie.* Seritur in agris.

N. Hujus flores è ſpica extantes ſi omnes manu detergantur, intra quadrantem horæ novos protrudet ex aliis theculis, ídque etiamſi ſpica avulſa fuerit, quod & tritico commune eſt, & quibuſdam graminis ſpeciebus.

Sedum minus hæmatoides *Ger.* minus flore luteo *J. B.* minus V, ſive minus luteum folio acuto *C. B.* Vermicularis & Craſſula minor vulgaris, ſive Illecebra major *Park.* cujus icon ſuppoſititia eſt, ſc. plantæ ſequentis flore albo. *The ordinary Prickmadam, or Stonecrop.* In muris & tectis paſſim.

Sedum minus officinarum. *Ger.* Vermicularis flore albo *Park.* Sedum minus I, ſive minus teretifolium album *C. B.* minus folio longiuſculo tereti, flore candido *J. B.* *White flowered Stonecrop or Prickmadam with round pointed leaves. Very plentifully on many of the thatch'd houſes in Chattereſſe in the Iſle of Ely.*

Sedum ſive ſempervivum minimum acre *P. B.* parvum acre flore luteo *J. B.* minus 8 cauſticum *Cluſ. hiſt.* Illecebra *Officin.* minor, ſive Sedum 3 Dioſcoridis *Park.* Vermicularis ſive Illecebra minor acris *Ger.* Sedum minus VIII, ſeu Sempervivum minus vermiculatum acre *C. B.* Aizoon minus fervidi guſtûs *Thal.* Aizoi facie planta, quæ Dactylon 2 vel 3 Plinii *Col.* Telephium Hippocratis *lib. de natura muliebri, & lib. 2. de morbis mulierum. Jo. Bodæ. in Theophr. hiſt. Wall-pepper, Stonecrop.* In muris & tectis. Junio Julióque floret.

Senecio

Senecio hirſutus viſcidus major odoratus *J. B.* III, ſive incanus pinguis *C. B.* fœtidus *Geſn. hort. Lugd. Park.* Erigeron tomentoſum alterum *Lob. Ger. emac.* apud quem (operarum fortè incuriâ) icones Erigeri tomentoſi primi, & Erigeri tomentoſi alterius tranſponuntur; hæcque in illius locum ſubſtituitur, & vice verſa. *Cotten Groundſell, or ſtinking Groundſell. On all the Fen banks almoſt in the Iſle of Ely.*

Senecio vulgaris *Park.* minor vulgaris *C. B.* vulgaris ſive Erigeron *J. B.* Erigeron *Ger.* Verbena fœmina *Brunf.* Carduncellus *Cæſ. Groundſell*; *herb Simpſon in ſome countreys.*

Senecio major *Matth. vide* Jacobæa.

Serapias, *vide* Orchis palmata.

Seriphium Germanicum, *vide* Sophia chirurgorum.

Seris picris, *vide* Cichoreum ſylveſtre.

Serpillum hirſutum *Ger. emac.* VIII, (i.) anguſtifolium hirſutum, ſive montanum repens hirſutum *C. B.* Pannonicum 3 *Cluſ.* anguſto lanuginoſoque folio *J. B.* Serpilli Pannonici Cluſii varietas altera *Park. Hoary wild Tyme. On Gogmagog hills.* Floret æſtate.

Serpillum vulgare *Ger. J. B.* vulgare minus *Park. C. B.* vulgare repens *Cluſ.* ſylveſtre *Matth.* Saxifranga *Dod. Wild Tyme, Mother of Tyme.* In montoſis et ſiccioribus.

Serratula *J. B. C. B. Lob. Matth. Dod.* purpurea *Ger.* vulgaris flore purpureo *Park.* tinctoria, et Jacea aromatica, ſive Caryophyllata, propter radicem odoram, *Tab.* Centauroides vel Centaurium majus ſylveſtre Germanicum *Thal. Saw-wort.* In pratis et ſylvis.

Seſamoides Salamanticum magnum *Ger. Cluſ.* Muſcipula Salamantica major *Park.* muſcoſo flore, ſive

Ocymoides

Ocymoides belliforme *J. B.* Lychnis viſcoſa X, ſive viſcoſa flore muſcoſo *C. B. The greater Spaniſh Catchflie. Near the gravell pits as you go to the neareſt windmill on the Northſide of Newmarket town.* Planta hæc hactenus peregrina credita eſt et non indigena Angliæ: quin et ſuſpicamur deceptos eſſe qui aſſeruerunt Seſamoides Salamanticum parvum circa *Newmarket* ſponte emergere, cùm Seſamoides quod nos ibi invenimus, et quod ſolum ibi creſcere exiſtimamus, magnum ſit, niſi multùm nos fallunt icones et deſcriptiones.

Sideritis arvenſis rubra *Park. vide* Ladanum ſegetum.

Sideritis altera *Dioſc. vide* Pimpinella ſanguiſorba.

Sideritis 1 *Matth. vide* Marrubium aquaticum.

Sideritis Anglica ſtrumoſa radice *Park.* Panax coloni, & Marrubium aquaticum acutum *Ger.* Stachys paluſtris Geſneri *Cam.* VIII, ſeu paluſtris fœtida *C. B.* Galeopſis anguſtifolia fœtida *J. B.* Tertiola *Cæſ.* quòd tertianas ſanet. *Clownes All-heale.* Ad fluvios & foſſas.

Sideritis tertia Dioſcoridis *Col. v.* Sanicula.

Sigillum B. Mariæ *Offic. v.* Bryonia nigra.

Sisymbrium, *v.* Mentha aquatica.

Sinapi 2 ſive vulgare *Ger. emac.* ſiliquâ latiuſculâ glabrâ, ſemine ruffo, ſive vulgare *J. B.* Johnſoni apud Gerardum, & Jo. Bauhini deſcriptiones in eo differunt ab invicem, quòd hic caulem imâ parte hirſutum, ſuperiore glabrum eſſe tradit, ille ubique & omnino glabrum. Et nos quidem obſervavimus in hac planta caulem nonnunquam prorſus glabrum, aliàs verò inferiore parte ſpinulis aſperum. *Ordinary Muſtard. On the bankes of ditches newly caſt up, as about Trinity Colledge wälkes, ſometimes alſo among the Corn.*

N. Sina-

N. Sinapi si in aquam coniiciatur, brevi carnes & legumina concoquit; ut tradit Cassianus Bassus *lib.* 11. *cap.* 39. citat *Jo. Bodæus in Theophr.*

Sison sive officinarum Amomum *J. B.* Si. quod Amomum officinis nostris *C. B.* vulgare sive Amomum Germanicum *Park.* Dioscoridis *lib.* 2. *cap.* 64. *C. B.* Ammi parvum *Gesn. hort.* Petroselinum Macedonicum Fuchsii *Ger. Bastard stone Parsley.* Ad fossas & sepes.

Sium Cratevæ erucæfolium *Lob. v.* Nasturtium aquaticum vulgare. *Park.*

Sium majus latifolium *Ger.* maximum latifolium *J. B.* majus latifolium bituminosum *Tab.* Sium Dioscoridis, sive Pastinaca aquatica major *Park. Great water Parsenep. In the river Cam in some places, and in great watery ditches.* Hujus folia quæ veris initio primò emergunt sequentibus similia non sunt, sed minutim concisa, veluti oenanthes aquaticæ aut petroselini cujusdam, aut similium.

Sium erectum umbellatum sive Pastinaca aquatica *Lob.* Sium *Matth.* odoratum *Trag.* majus angustifolium *Ger.* Sium minus alterum *Park.* medium *J. B.* forté.

Sium umbellatum repens *Ger. emac.* minus sive Pastinaca aquatica minor *Park.* An Sion umbelliferum *J. B.*? Hujus icon habetur in *hist. Lugd. pag.* 1052. *The most common water Parsenep.* In fossis aquosis & rivulis ubique feré. An hæc planta ab aliis descripta fuerit fatemur nobis non constare, at à Johnsono apud Gerardum certi sumus. Cujus descriptioni hoc addi potest quòd ad umbellæ basin nulla subjecta sunt angusta foliola, quemadmodum in superiore; quod Anglicè nuncupari potest *the middle water Parsenep.*

Similax lævis, *v.* Convolvulus major.

Sola-

Solanum ſive Solatrum vulgare *Park.* hortenſe *Matth. Dod. Lob. Ger.* hortenſe ſive vulgare *J. B.* nigrum *Cord. in Dioſc.* bacciferum I, ſive officinarum *C. B. Night-ſhade.* In fimetis & ruderibus.

N. Ex putredine hujus herbæ vermes virides maculis luteis intermiſtis creſcunt, in quorum capite cornu apparet interdum ferè digiti longitudine. *Severin. Gobelius, in comment. de Succino* apud *Cam. in hort.* Nulla eſt plantæ ſpecies, quæ non appropriatum ſibi ex humore putrido vermem generet: quod miſcroſcopii arcanum ultimis hiſce temporibus detexit. *Kircher. de peſte.*

abunga, id est, Anagallis aquatica, Germanica vox est **Beekpungen**, à linguâ Germanicâ in officinas transiit.

deguar Arabica vox est; ab officinis pro spongia rosæ caninæ accipitur, verùm alii Bedeguar Arabum cardui speciem esse contendunt.

en itidem Arabica vox est. Behen album officinarum non est id de quo Mauritani scripsere. *F. B.*

a donna, i. Solanum lethale, Σπρύχνος μανικὸς, Italis & Venetis dicitur vel per Antiphrasin, quoniam baccæ ejus minimè pulchræ sunt: vel potiùs quia ex ejus succo sive aquâ destillatâ sucum confici-

unt fœminæ quo faciem oblinunt, & ex rubicunda pallidam efficiunt frigoris vehementiâ.

Bellis à pulchritudine & bello colore florum. Bellis non videtur à Græcis descripta.

Berberis, Ὀξυάκανθος, Spina acida, vox est Arabica Averroi & officinis usitata. Oxyacanthus & Oxyacantha differunt; Oxyacantha Dioscoridis Pyracantha est ex sententia Cordi aut Spina alba: Oxyacanthus Theophr. & Oxyacantha Galeni, Berberis.

Berula à Gallico nomine *Birle* sive *Berle* Latina facta est: Anagallis aquatica longifolia.

Betonica aliis Vetonica. Bettonica ratione originis. Vettones enim sive Vectones populos fuisse Hispaniæ constat. *C. Hofman.* Vettones in Hispania invenerunt eam quæ Vettonica dicitur in Gallia. *Plin. lib.* 25. *cap.* 8. Betonica Pauli, scil. Æginetæ.

Betula sive Betulla, Σημύδα, quibusdam sic dicta videtur quòd bitumine scateat: Plinius Galliam ex e bitumen excoquere tradit. Betulam à batuendo dictam vult *Constant.* quòd ejus viminibus cædantur pueri, non à bitumine.

Blitum, Βλίτον, q. βλητὸν abjiciendum, vel propter inertiam & vilitatem, vel ob insulsum fatuúmve saporem. Hinc comici occasionem sumpserunt jocandi in homines nullius rei, quòs bliteos vocant & blitomammas. Festus à βλαξ pisce nullius usûs deducit.

Bonus Henricus ab utili quadam facultate quâ pollet unde & pernicioſa quædam planta malus Henricus Dodonæo gall. *J. B.*

ago videtur factum à corago, unâ literâ variata. Corago autem Lucanis apud Apuleium hæc herba dicitur, quòd cordis affectibus quàm maximè opitulatur. Hinc tritus ille versiculus,

Di

Dicit Borago, gaudia semper ago;
quin & flores Boraginis sunt è numero quatuor cordialium.

ranca ursina, Italis *Branqua*, Gallis *Branch*, id est, brachium ursinum, quia anteriorem ursi pedem folia repræsentant.

itannica Plinii *Cæs.* id est, Persicaria mitis; *Gesn.* id est, Cochlearia Batavica. Hanc plantam Frisii Romanis demonstravêre. Miror (inquit Plinius) nominis causam, nisi fortè confines Oceano Britanniæ velut propinquæ eam dicavere; non enim indè appellatam quia plurima ibi nasceretur certum, etiamnum Britanniâ liberâ.

ryonia, Βρυωνία, à βρύω pullulo, germino, quia pullulat & spargit se & luxuriat vehementer: vel à βρυάω extollo & exalto, eò quòd in propinquos frutices scandens se extollat. Melothron appellari videtur à coriorum concinnatione: nam Græci μήλωθρα vocant βάμματα & χαλλωπίσματα, id est, colorum infectiones & concinnationes; quòd coriis fortè ex Bryoniæ albæ fructu accedebant. *J. B.*

ugloſſum, Βύγλωσσον, à similitudine foliorum, quæ tum figura tum scabritie linguam bovis exprimunt.

ugula Gallicæ originis vox, *Bugle.*

ulbocastănum, Βολβοκαστάνιον, à radicis figura bulbosa & sapore castaneas exprimente nomen accepit.

unias, Βουνιὰς, à βουνὸς collis, propter tumentem radicis figuram.

ŭmos, Βοῦτομος, à Βοῦς & τέμνω, quia est herba bovum pabulo grata. *Ruellius* apud *J. B.*

C

CAlamintha, quaſi bona & utilis mentha; nidore enim ſuo (ut habet Ariſtoph.) ſerpentes vel accenſa, vel ſubſtrata fugare ſolet. C. Hofmanno καλὸς dicitur medium eſſe vocabulum (quale σεμνὸς, &c.) ut Calamintha ſit Mentha horrida, incana & ingrati odoris. Dicitur ergò καλαμίνθη κατ' ἐυφημισμόν.

Calcitrapa vocatur quòd cacumen ejus velut muricibus, quas vulgus Gallorum *calcatrepas* vocat, muniatur, & ſpinarum aculeis inſigniter armetur. *Ruel. lib.3. cap.* 84.

Campanula à figura florum campanam repræſentante. Campana autem dicta eſt à Campania Italiæ regione, ubi æs laudatiſſimum. Paulinus epiſcopus Nolanus Hieronymi æqualis, primus in ſuam Eccleſiam Campanæ uſum intuliſſe proditur, & hinc fortè Nolæ vocabulo cenſebantur tintinnabula ab hac Campaniæ Nola. Campana ſubſtant. recens vocabulum eſt pro tintinnabulo.

Cannăbis nonnullis à canna nomen habere putatur, quia propter cannam ſeu culmum potiſſimùm expetitur. Sunt autem Græcis κάνναβοι fonticuli ſpurcæque ſcaturigines, quibus locis cum cannabis ſponte & fatuè luxuriet, videtur *Lobelio* id nominis indepta.

Capnos, id eſt, Fumaria, inde dicta videtur, quòd claritatem facit inunctis oculis delachrymationémque; ceu fumus. *Plin. lib.25. cap.* 13.

Caprifolium, quòd folia ſunt extremis flexibus capreolata. *Lob. in Adv.*

Cardamine ideo à nonnullis dicta eſt, quòd guſtu cardamum, id eſt, Naſturtium repræſentat. Κάρδαμον verò quaſi καρήδαμον, quia ſcil. κατὰ δαμᾷ, capu-

ten-

tentat & domat acri ſuo calore, vel ἀπὸ τῆς καρδίας, quòd cordatos faciat, vel quòd in Syncope cardiaca dicta plurimùm valeat.

Carduus, *Martin.* Cùm carduorum genera ſunt multa, is primùm hoc nominis accepit quo fullones utuntur in carenda lana. Carere vetus verbum eſt pro ξαίνειν, unde & carduus & carmino & Angl. **to card wooll.** Carduus lacteus & Mariæ, Leucographis inde dicitur, quia folia ejus albis & quaſi lacteis ductibus & notis variantur.

Carlina, quaſi Carolina. quòd credatur hanc herbam Carolo magno ab Angelo demonſtratam fuiſſe, tanquam certiſſimum remedium ad peſtem ab exercitu ſuo propulſandam.

Carpinus, *vide* in Oſtrys.

Caryophyllus ab odoris affinitate qualicunque: Alii à ſimilitudine floris dictum exiſtimant: Sunt autem Caryophylli quos Anglicè **Cloves** dicimus: ſonat vox, *nucis folium*, καρύου φύλλον.

Caryophyllata ab odore radicis ſic dicta eſt, quòd vernali tempore eruta caryophyllum aromaticum odore referat: vulgò Herba benedicta & Sanamunda ab inſigni quâ pollet facultate & efficaciâ.

Caucalis **Lobelio** à ſeminum effigie, quæ vaſcula oblonga & ſemiſphærica imitantur: aut à ſtrepitu quem edunt hæc ſemina, cùm præarida vindemiis exactis ventis concutiuntur. καυκάλιον vaſis genus eſt, ità dictum à ſono quem edit dum aqua confertim ingreditur aere exeunte, &, contrà.

Centaurium, Κενταύρειον & κενταύειον, à Chirone Centauro Achillis præceptore, profeſſione Medico, teſte Plinio, qui quartum panacis genus facit Centaurium. *Plin. lib.* 25.

Cercis, Κερκὶς Theophr. id eſt, Populus tremula. Fieri poteſt ut κερκὶς irrepſerit pro κέκφη, aut κέκφις, vel

κρέκις, à κρέκειν, crepitu & tremulo concussorum foliorum motu, id quod Plinius sæpe Populo ingenere tribuit, & nos potissimùm in hac observavimus. *F. B.*

Chamædrys sic dicta est, quia folia habet ὅμοια τῇ δρυὶ ὅμοια, fissurâ quercui similia.

Chondrilla, Χονδρίλλη, ἀπὸ τῆς χόνδρης & ἴλλειν quod continere significat, quasi continens grumos quos masticho similes esse ait Dioscorides.

Chamæmēlum, Χαμαίμηλον, ἄνθεμις, quòd mali, putà Cydonii, odorem referat.

Chelidonium, Χελιδόνιον, à χελιδὼν hirundo. *Chelidoniam visui salubeerimam hirundines monstravêre, vexatis pullorum oculis eâ medentes: quibusdam sic dictum quòd in hirundinum adventu floreat, & discessu marcescat. Plin. l. 8. c. 27.*

Chrysanthĕmum, Χρυσάνθεμον, propter flores luteos aureo colore splendentes.

Cichorium, Κιχώειον & Κιχόρειον, vel κιχόειον, fortè à κίω eo & χῶρος. *Martin.* quem adi sis. At Cichorium peregrina Græcis vox est, inquit Marcellus Virgilius.

Cicūta, teste *Servio in Eclog.* 2. est internodium in triticeis sive culmiferis, qualia cùm habet hæc quoq; planta, videtur indè dicta. Græc. κώνειον ἀπὸ τῆς κωνᾶν, fortè, quod φρενιτιᾶν, id est, circumagere exponit Etymolog. Magn. μωραίνεσθ Galenus: Stultitiam enim addit refrigerato cerebro. *C. Hofman.*

Circæa à Circe famosa illa venefica dicta creditur, & indè Anglicè appellatur **Enchanters Nightshade.**

Cirsium quòd dolores κιρσῶν, id est, varicum sedet.

Clematis vocatur à κλῆμα, quòd sarmentitia sit, & per arbores & frutices repat.

Clinopodium, Κλινοπόδιον, quòd flores habeat ὡς κλίνης ποὺν

ποσὶν ὅμοια, aut quod orbiculato florum ambitu speciem pedum lecti præbeat. *Plin. Floribus ex intervallis marrubii modo dispositis.*

Conferva à conferruminando appellata est. *Curatum eâ scio, omnibus ferè ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem, circundatâ universo corpori, aquam suam inspergentibus, quoties inaresceret, raróque nec nisi deficientem herbam mutationis causâ resolventibus, convaluisse incredibili celeritate.* Plin.

Conyza, Κόνυζα, an à κόνις lens? an potiùs à κώνωψ culex; culices enim abigit, & pulices necat, unde & Pulicaria dicta est.

Consolida, Σύμφυτον, quia vulnera conglutinat & consolidat. *Vulneribus sanandis tanta præstantia est, ut carnes quoque, dum coquuntur, conglutinet addita, unde & Græci nomen imposuere: ossibus quoque fractis medetur.* Plin. *lib.* 27. *cap.* 6.

Convolvulus, Σμίλαξ dicitur, quia convolvendo se in plantas vicinas scandit.

Coronŏpus, Κορωνόπους, pes cornicis, à foliorum figura, quæ ità in orbem disponuntur, ut eum quadantenus repræsentent.

Corylus, Κάρυα Ποντικὰ, & λεπτοκάρυα, à καρύα nux arbor, aut κάρυον nux frutex. *Martin. lex.* Corylus autem arbor ἀπὸ τοῦ κορύλου, autore Prisciano, & ex eo citante Curtio, quamvìs ea vox (quæ locum aliquem denotare videtur) nondum planè innotuerit nobis. *J. B.*

Cotylēdon, Κοτυληδὼν, à figura folii acetabulo simili nomen accepit. κοτύλη siquidem est acetabulum, sinus in quo caput femoris vertitur

Crespinus, id est, Berberis, Italica vox est, Crespinum verò vocari q. acrem spinum, ut multis placet, autor est Hermolaus.

Crocus, Κροκὸς vel κρόκη filum, villúmque significat, cujus-

cujusmodi ſunt Croci ſtamina vel villi, qui κεγχρίδες appellantur.

Cruciāta à foliorum in crucis formam ſitu nominatur novo vocabulo.

Cyănus à floris cyaneo ſive cæruleo colore nomen accepit. Κύανος Græcis.

Cypērus, Κύπειρος, aut κύπειρις à radicis effigie, quæ pyxidulam aut vaſculum puſillum imitatur.

D

DAucus, Δαῦκος, quòd ſit acri & ignea vi, ſeu fervente guſtûs, à δαίω uro. *Martin. Lex.*

Dens leonis, à foliorum ſimilitudine dictus eſt. Recens nomen.

Dipſăcus, Δίψακος, id eſt, Sitibundus, nomen à contrario invenit, quoniam alarum ſinu concavo rorem vel imbrem recipiat, quo velut ad ſitis injurias abigendas abutitur. Aqua pluvia in alis foliorum ſtagnans commendatur ad verrucas abigendas, atque hinc fortaſſe Labri Veneris nomen obtinuit.

Dodecatheon à duodecim diis, ſcil. majorum gentium. *Maxima autoritas herbæ quam Dodecatheon vocant, omnium Deorum majeſtatem commendantes.* Plin. Nomina duodecim deorum quos vocant majorum gentium hoc Diſticho Ennius complexus eſt:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Sex, ut vides, mares ſunt, & totidem fœminæ. Aſſerit Herodotus duodecim deorum cognomina Ægyptios primò in uſu habuiſſe, ab illis Græcos hauſiſſe. Deorum antiquiſſimos fabulantur regnâſſe ultra 12000 annos, inquit Diodorus. Fortè hi fuerint Patriarchæ antediluviani.

Dulcamāra, ſive Amara dulcis, quia ſiquis ramulum a cortice

corticem mandat, primò quidem ingratus videtur guſtui, ſed quò diutiùs manditur, eò inſignior ejus dulcedo ſe prodat.

E

EBŭlus, Χαμαιάκτη, Martinius dictum putat quaſi Ebuſus, quòd frequens in inſula Ebuſo naſcatur, vel quòd, ut Plinius tradit, Ebuli fumo fugantur ſerpentes, qui in prædicta inſula adeò frequentes ſunt, ut Græcis indè Ophiuſa dicatur.

chium, Ἔχιον dictum volunt, quòd contra viperarum ictus valeat; alii, quòd floreſcat capitibus viperæ ſimilibus; ſed Dioſcorides, quòd ſemina κεφαλῇ ἔχιος ὅμοια, id eſt, capiti viperino ſimilia habeat.

læagnus, ex ἐλαίας καὶ ἄγνου, id eſt, ex olea & vitice compoſita eſt. Ἄγνος dicitur frutex qui Latinis vitex, quòd in Theſmophoriis matronæ caſtitatem cuſtodientes eo ad ſtrata uterentur, teſte Plinio. Vitex dicitur à viendo ſive vinciendo, quoniam, ut idem Plinius, non multum à ſalice vitilium uſu diſtat.

aphoboſcum, Ἐλαφόβοσκον, id eſt, pabulum cervi, hoc enim pabulo cervos ſerpentibus reſiſtere fama eſt, Dioſcoride & Plinio teſtibus.

ŭla ſive Inula, Ἑλένιον, vox corrupta videtur ab Helenium.

uisētum, Ἵππουρις, Cauda equina, quòd folia ſetis equinis reſpondeant.

ica Ἐρείκη vel Ἐρείκη ab ἐρείκω frango, quòd calculos frangendi vi polleat. *Martin.*

igĕron, Ἠριγέρων, Senecio *Lat. Nomen hoc Græci dederunt, quia vere caneſcit. Plin. lib.* 25. *cap.* 13. ab ἔαρ ver & γέρων ſenex.

Erūca

Erūca, Ἔυζωμον, eò dicitur quia erodit; nam si gustaveris, os & linguam satìs acriter vellicabit; Aliis ab urendo, quasi Uruca, u in e verso, quòd ignitæ sit virtutis, & in cibo sumpta Veneris incendium moveat, unde à poetis salax dicitur.

Nec minùs Erucas jubeo vitare Salaces. Ovid.
Excitat ad Venerem tardos Eruca maritos. Columel.
Et Venerem revocans Eruca morantem. Mart.

Est etiam eruca insecti nomen, quod ità dictum videtur quòd herbarum folia erodat.

Erysĭmum, Ἐρύσιμον, aliis ἀπὸ τῆς ἐρείκης à foliorum multiplici sectione, aliis quasi ἐείσιμον, quod est protiosum, aliis ἀπὸ τὸ ἐρύειν, quòd ob suam caliditatem trahendi facultate præditum sit, dictum. *C. B.*

Esŭla vox est officinarum, origine Arabica, ut aiunt. Species est Tithymali.

Eupatorium, Ἐυπατόειον, sive ἢ πατόειον, quòd hepati medeatur. Sunt qui velint plantam hanc ab inventore Mithridate cognomento Eupatore nomen habere. *Plin.*

Euonymus, Ἐυώνυμος, id est, boni nominis, per antiphrasin inquit J. Bauhinus. Tetragoniam Theophrasto dictam censet Dalech. quòd rami ob alarum quatuor ruffarum, serratarum, dorsi modo extantium, rectà per viridem corticem porrectarum discursum quadranguli appareant, quod huic arbori peculiare est, & quòd in fructu quadrangula siliqua sit. Dicitur & Fusanus, quòd fusos ex muliebri netu celebres apud Germanos & Gallos confici solent.

Euphrasia, Ἐυφροσύνη dicta est, quia oculos juvat & delectat, quam vocem imperiti linguæ Græcæ depravantes in Euphrasiam verterunt, inquit Dalechampius, quem refutat Jo. Bauhinus, quia nihil

de hac herbula apud veterès Græcos aut Latinos occurrit.

F

FAba, Κύαμος, à Faliſcis Hetruriæ populo haba dicta eſt, unde vocabulum ſumptum videtur. Martinius à πάω veſcor, paſcor deducit, ut ſit quaſi Paba. A Dodonæo Boona Latinè dicitur, *qui Germaniſmo fultus, idiomatéque Alemannico abuſus, ut aliis doctior videretur, nomenclaturam hanc novam excogitavit. F. B.* Totâ Inſubriâ & Liguriâ recentes ſabæ vendentium voce nuncupantur Baianæ, quo vocabulo etiam Apitius uſus eſt, indè Angl. *Beane.* Cæterùm Græcis κύαμοι dicti ſunt, quia ſunt εἰς τὸ κύειν δεινοὶ, καὶ αἴτιοι τοῦ κύειν: & hanc adfert cauſam Plutarchus, cur Pythagoras ab iis abſtinendum juſſerit, nempe quòd ſpiritum & humorem impurum ingenerent corporibus, atque hanc ob cauſam ad Venerem incitent. Cicero paulò diverſam aſſignat *libro de divinat.* 1. *Jubet Plato ſic ad ſomnum proficiſci, ut nihil ſit, quod errorem animis, perturbationémque afferat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, nè faba veſcerentur.* Plutarchus, *lib.* Περὶ παίδων ἀγωγῆς, ænigma illud ſive ſymbolum Pythagoricum Κυάμων ἀπέχεσθαι aliter interpretatur, nimirum magiſtratu abſtinendum eſſe, ὅτι δὲ δεῖ πολιτεύεσθαι. κυαμεύεται γὰρ ἦσαν ἔμπαλιν αἱ ψηφοφορίαι, δι' ὧν πέρας ἐπιτίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς, *quòd antiquitùs in magiſtratibus creandis ſuffragia per fabas vice calculorum ferebantur. Agellius lib.* 4. *cap.* 11. longè aliter exponit hoc παράγγελμα hi ce verbis. *Ariſtoxenus muſicus vir literarum veterum diligentiſſimus, Ariſtotelis philoſophi auditor, libro quem de Pythagora reliquit, nullo ſæpius legumento Pythagoram dicit*

cìt usum quàm fabis ; quoniam is cibus & subduceret sensim alvum & lævigaret. Videtur autem de cyamo non esitato causam erroris fuisse , quia in Empedoclis carmine, qui disciplinas Pythagoræ secutus est , versus hic invenitur,

Δειλοὶ παὶ δειλοὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθε.

Opinati enim sunt plerique κύαμον legumentum vulgò dici ; Sed qui diligentiùs exquisitiúque carmina Empedoclis arbitrati sunt, κυάμους hoc in loco testiculos significare dicunt, eósque more Pythagoræ apertè atque symbolicè κυάμους appellatos, quia sunt εἰς τὸ κύειν δεινοὶ, καὶ αἴτιοι τῆ κύειν, & genituræ humanæ vim præbeant. idcircòque in Empedoclis versu isto non à fabulo edendo, sed à rei Venereæ proluvio voluisse homines deducere. Gesnerus in hoc præcepto Pythagoram per fabas ova intelligere asserit, à quibus non alia ratione abstineri voluit, quàm à quorumvis animalium carnibus, par homini fore scelus existimans in ave aut avis ovo peccantis. Vocavit autem ovum Cyamon, quòd quasi κύησις [fœtura animalis] esset & conceptum ejus intra se clauderet.

Fabaria sive Faba inversa, Τελέφιον, quia radix ima scatet innumeris tuberibus , quæ fabarum implent magnitudinem. *F. B.*

Farfara vox est fortè à Pœnis in Italiam translata *Martin.* Hermolaus à fluvio fortasse Farfaro Damascì dictum conjectatur. Farfara autem & Farfarella tussilago dicta putatur à similitudine quam cum populi foliis habeat ; veteres enim Latini , ut notat Cordus , utramque populum Farfarum appellârunt. Alii è contrà populum ità dictam censent, quia folia habet Tussilagini similia.

Fasēlus ab effigie siliquarum & fructuum, qui lintrem lembúmve naviculam exprimunt.

Favagello vox Italica est : ità dictum putat Martinius,

nius, quòd fabarum modo folia ſubpinguia proferat.

gopyron ſive Fagotriticum dicitur, quòd ſemen ejus glandem faginam & formâ triquetrâ & colore ſordido, licèt quantitate multò minùs, quodammodo repræſentet. *J. B.*

caria & Scrophularia dicitur Chelidonium minus, quia ficos ani curat; & quòd radices ejus ficos hoſce ſimilitudine referant, hinc & herba hæmorhoidum dicitur.

ipendula, *vide* Oenanthe.

ix, Πτέρις, à findo, quia folia habet minutim fiſſa & diviſa. *Folia habet lateribus pinnata, unde nomen Græci impoſuere* (πτέρις ſc.) Plin. *l.* 27. *c.* 9.

mariæ herbæ notiſſima res fumus nomen quondam fecit, quoniam vis illi contra hominis oculos lacrymoſa ſit, qualis in fumo eſt. *J. B. Claritatem facit unctis oculis delachrymationémque ceu fumus unde nomen accepit κάπνος.* Plin. *lib.* 25. *cap.* 13.

ngus, Μύκης, ut quidam volunt, à funere deflectitur, quòd ſuo veneno ad funus veſcentes deducat, ectiùs ἀπὸ τῦ φύειν ἐκ γῆς, quòd à terra ſponte riatur, unde & φῦμα tuberculum. Græci Mycetas enſis capulo, vel ſummo vertice vaginam occluente appellârunt, à quo procidente Mycenæ nomen deduxerunt.

garia (Κόμαρον *Apul.*) à fragro Latinis dicitur, uia fructus hic optimi odoris eſt.

inus, Μελία, quia naſcitur locis fragoſis; vel frago flecto, quia rami ejus facilè franguntur. *Martin.*

Galega,

G

Galega quasi Gallica Fracastorio dicta putatur; verùm Galega Italica vox est, testibus Dodonæo, Matthiolo, aliisque. Quod nomen apud veteres obtinuit non constat.

Galeopsis, Γαλέοψις vel γαλήοψις, Qui Galiopsin scribunt per i, à florum effigie galeata deducunt, quòd ejus flores velut galeæ aspectum referant. At quoniam hoc inusitatum Græcis; præsertim veteribus nomina Latina cum Græcis componere, γαλήοψις potiùs per η scribendum erit, à florum figura mustelæ faciem & rictum quadantenus exprimente, & Plinius testatur.

Gallium, Γάλλιον, ἀπὸ τῦ γάλα μιγνύειν ἀντὶ πυτίας, quòd coaguli vice lacti injectum illud cogat & inspissare dicitur, testibus Dioscorides, Galeno, & hodiernâ experientiâ.

Garosmum, quia γάρον sive liquamen piscium redolet *J. B.* ità appellatur Atriplex olida.

Genista à genu dicta putatur, vel quòd genu molle flexile sit, vel quod genubus medeatur dolentibus. *Lob. Martin. Lex.*

Gentianella diminutivum à Gentiana, quæ ab inventore Gentio Illyricorum rege, qui primus in ejus vires reperit, denominata est.

Geranium, Γεράνιον, à gruini capitis imagine, quæ summo ejus plantæ capitulo inest, aptissima similitudine. Hujus variæ sunt species, quarum una Geran. sanguineum dicitur, tum à radicis sanguineo intus & foris colore, tum à mirifica ejus in sistendo sanguine facultate. *J. B.* altera Ger. Rupertianum aut D. Ruperti, aut Robertianum, à rubro caule foliis rubris; ut videtur *Tabernæmontano.*

Glaux, Γλαῦξ, quasi Galaux à γάλα lac: Coqui nimirum

nimirum cum hordeacea farina, ſale & oleo in ſorbitione ad revocandam lactis extincti ubertatem. *Dioſcor.* Huic etymo & Plinius aſtipulari videtur, cùm ſcribit *lib.* 27. *cap.* 9. Glaucem antiquitùs Eugalacton vocatum eſſe.

Gnaphalium, Γναφάλιον, quòd foliis ejus ἀντὶ γναφάλλου, id eſt, tomento utantur, aut potiùs quia folia ejus tomento obducta ſunt. *Lob. in Adv.* Γνάφειν, *dicunt Græci vellere carpereve lanas aut pannum; unde Gnaphalion, quod Romani Centunculum & Tomentariam nuncupârunt.* Herba impia Plinio dicitur. Ob id impiam appellavêre quoniam liberi (poſteriora capitella) ſuper parentem, id eſt, prius, excellant: Alii potiùs ità appellatam quòd nullum animal eam attingat exiſtimavêre. Anglicè *Cudweed* dicitur, quia ruminantibus opitulatur, & rumen amiſſum revocat: in Northumbria *Chafe-weed*, quoniam ad intertrigines valet.

Gramen, Ἄγρωστις, ineptiunt Grammatici in hujus nominis etymo, dum alii à gradior deducunt, alii à germen, alii à γράω, & nonnulli ab agro. Ἄγρωστις quidem haud dubiè ab ἀγρὸς, quoniam paſſim creſcit. Gramen aliquod Parnaſſi dicitur quòd in Parnaſſo monte proveniat. *Dioſc. lib.* 4. *cap.* 32.

H

Hedera, Κίσσος ſive Κίττος, ab edendo Latinis dicta videtur: etenim arborum importuna amaſia, & velut aſſentatrix cortice rimoſo impacta, maceries vetuſtiores demolitur, & radicatis propagationibus arbores ampiexa enecat & exedit, ut Jo. Bauhinus rhetoricatur. Pompeius verò dictam cenſet hederam quòd hæreat, vel potiùs quòd edita petat. Κίσσον autem dictum putant à Ciſſo, quem

puſionem Liberi patris fuiſſe Græci fabulantur, & in nominis ſui fruticem converſum, dum miniſter cum Deo ſaliens, alliſus terræ periit.

Helleb*ŏ*rus, Ἑλλέβορος, ſcribitur & ſine aſpiratione, παρὰ τὸ ἕλειν τῇ βορᾷ, quòd eſu perimat, veratrum dicitur quòd mentem vertat. *Etymol.*

Hedypnois, dicitur Dens Leonis à ſuavitate odoris qui è floribus ſpirat.

Hedyſarum, Ἡδύσαρον, Græcis fortè per antiphraſin, cùm ſemen ſit amariſſimum.

Helxine, Ἑλξίνη, id eſt, Parietaria, ἀπὸ τοῦ ἕλκειν, quòd prætereuntium veſtes attrahat, cùm ſemina habeat in capitulis lappaceis veſtibus tenaciter adhærentia. Parietaria & muralium dicitur, quoniam in muris creſcere amat: Perdicium à Perdicibus, quæ eam eſitare ſolent: Urceolaria & Vitraria, quòd tergendis urceolis vasísque vitreis efficax ſit.

Herba Gerardi, à Brabantis & Belgis **Geraerts cruyt** dicitur.

Helenium, Ἑλένιον, alii ab Helenæ lacrymis dictum volunt, ex quibus natum fabulantur Poetæ; alii, quòd contra ſerpentes ex eo primò ab Helena remedium inventum ſit, quod Menelao comiti ſuo in Ægyptum naviganti oſtenderit. Alii, ab Helena inſula, ubi longè optimum luxuriet. *J. B.*

Hieracium, Ἱεράκιον, Accipitrina eò dicitur quoniam accipitres ſcalpendo eam, ſuccóque oculos tingendo, obſcuritatem cùm ſenſêre diſcutiant. *Plin. lib.* 20. *cap.* 7. vel propterea fortè quòd pappi ejus utiles ſint ad vomitum accipitribus ciendum.

Holoſteum, Ὁλόστεον, Herba eſt ſine duritie, ex adverſo, ſive per antiphraſin dicta à Græcis, ſicut ſe dulce. *Plin. lib.* 27. *cap.* 10.

Holcus, παρὰ τὸ ἕλκειν. Hæc enim circa caput alligata, vel circa lacertum educit è corpore ariſtas, qui dam

dam ob id Aristida vocant. *Plin. lib.* 27. *cap.* 10.

Horminum, Ὅρμινον, Lobelius derivat ab ὁρμᾶν, quòd scil. παφορμᾷ πρὸς πλὴν συνουσίαν, in Venerem stimulat, & accendit. Δοκεῖ δὲ τοῦτο συὴ ὅταν πιόμενον εἰς συνουσίαν παφορμᾶν. *Dioscor.*

Hyacinthus, ab Hyacinthi pueri sanguine ortum florem fabulantur poetæ. *Ovid. Metamorph.* Nannius dictum putat, q. ἰὰ Κυνθίε, id est, Viola Cinthii seu Apollinis.

Hyoscyamus, Ὑοσκύαμος, id est, Faba suilla, quia ejus pastu resolvuntur & convelluntur apri, ídque præsenti mortis periculo, nisi statim copiosâ aquâ intus & foràs se proluerint. *Ælian. lib.* 1.

Hyssopus, Ὕσσωπος, Grammatici ineptè dici volunt, q. ὑόμενον pro κεδόμενον ἐπὶ τὸν ὦπα, quia super vultum effundatur. Ejus scil. usus erat populo in templis lustrali aqua respergendo. Nos ab Hebræo אזוב dictum putamus; siquidem LXX ezob semper ὕσσωπον vertunt. Non sum nescius quosdam, ipsos vocabulorum affinitate deceptos ità vertisse, existimare; cùm ezob non Hyssopum Græcorum sed Rosmarinum significet: verùm plus apud me valet autoritas Septuaginta Seniorum, qui in planta adeò vulgari vix potuere falli, quàm horum conjecturæ. Nec mirum hoc debet videri, cùm plurima alia vocabula tum Græca tum Latina è fontibus Hebraicis dimanârunt, qualia sunt, ab אלא *ella*, ἀλλὰ, אוה *iva*, aveo, אזן *ozen*, ὦς, אלה *elle*, ille, ארון *athon*, asina, *anbub Pun.* fistulæ genus, *anbubai* qui eâ canit, unde illud Horat. *Ambubaiarum collegia*, &c. *esua Pun.* asso, quod ab אש Hebræo factum. אנו *anu*, νῶ, nos *Rab. besas Pun.* basio, *baccara Pun.* vacca, *burg Pun.* πύργος, במה *bama*, βωμὸς, *Buq Syr.* buccina, *barra Pun.* foris, בא *ba*, βαίνω, & antiq. βάω, *Gorab Pun.* κόραξ, *Gelida*

Syr. Gelu, גבן *gibben* gibbus, חמר *hemer* merum, *huth Pun.* ἰχθὺς, *harag Pun.* ὀργὴ, *hesba Syr.* herba, *zavag Pun.* ζεύγω & ζυγός. זרע *zera* sero, *tal Pun.* tellus, & ארץ vel *Chald.* ארעא ἔρα, *talla Pun. tollo*, יין *Jain.* οἶνος, כרז *Keraz Chald.* κηρύσσω, & *keroz* κήρυξ. קרן *keren* κέρας & cornu, כרכב *carcob* crocus, פתי *feti* fatuus, לבן *laban* albus, & in fut. Hiph. *albin*, מר *mar* amarus, unde mare fortè; *Farasa Syr.* φάρσος, *Mard Pun.* morbus. *Sarab Pun.* Syrupus, שבר *Seber* Spero, לקט legit, *Quedra Pun.* χύτρα, *Radd Pun.* redeo, פלג *peleg* πέλαγος, פגר *pigger* piger, *Sul Syr.* scala, *ferot Syr.* fructus, קטל *Catal* κτείνω & κτείλω, *Luz Pun.* νὺξ, *Lachia* λάχνη, לפיד *lappid* lampas, סדין *sadin* σινδὼν, תפין *tuppin* tympana, τύμπανα, *Seif. Pun.* ξίφος, שש *Ses*, Sex, *Sarab Pun.* Sorbeo. הילל *helil* ὀλολύζω, הר *har* ὄρος, ראה *raah* ὁρῶ video, *Fistaq Pun.* πιστάκιον, *haref* ἅρπω, פתה *Fitha* πείθω, תור *tur* turtur, כרפס *carbasus*, שנה *Seneh* ἔνος. מזג *mezeg* μίσγω, כתנה *Ketone* χιτὼν, *Faza Pun.* φύζα, *vai* οὐαὶ, פורפא πόρπη fibula, בוץ βύσσος, בסיס βάσις, *thaur Arab.* quod ab *Heb.* שור ταῦρος, שכן σκηνὴ, *taraq* quod ab *Heb.* דרך τρέχω, *kala* quod à קול *Heb.* καλέω, unde vocabulum vetus Latinum calo, & Anglicum to call. משך Syr. μέσκος pellis, פלגש *pileges* πολλακὶς, גמל *gamal* κάμηλος, עדן *Eden*, ἡδονὴ, ארן *oren* ornus; ut omittam alia plurima merè extranea, qualia sunt ἀῤῥαβὼν, παράδεισος, ἀγγαρεύω, σατράπας, παρασάγγα, πελεκὺς, πέπερι, χόμμι, plurima plantarum & lapidum pretiosorum, & musicorum instrumentorum nomina, ut Jaspis à ישפת, σάπφειρος à ספיר, &c. quæ facilè esset enumerare, nisi hoc esset nimis à proposito aberrare. Cæterùm monendus est Lector, nos vocabula

cabula origine Punica è Caninii alphabeto desumpsisse, qui ex analogia aliorum nominum & memorata omnia & alia plurima indè derivata esse probale facit.

Hyperĭcum, Ὑπερικὸν ab Ὑφίων, nam calefacit & exsiccat.

I

Jacea, Italis ab ἴον dicitur, quia flores sunt instar violæ Martiæ, colore scil. similes. Jacea nigra dicitur ad differentiam tricoloris violæ, quæ etiam Jacea nuncupatur.

Irio, Ἐρύσιμον. Latini ab irruendo nuncupârunt irionem, quòd ignea vi & fervido sapore irruat in gustum. *J. B.*

Iris, Ἶρις, Dioscoridi à cœlestis arcûs similitudine nomen accepit, quem vario colore floris quadantenus figurat.

Juglans, κάρυα βασιλικά. *Servius*: Nux ista juglans secundùm nonnullorum opinionem à juvando & à glande dicta existimatur. Gravius verò Bassus in libro de significatione verborum hoc refert: *Juglans arbor perinde dicta est, ac Jovis glans: Nam quia id arboris genus nuces habet, quæ sunt suaviore sapore quàm glans est; hunc fructum antiqui illi, qui egregium glandique similem, ipsámque arborem Deo dignam existimabant, Jovis glandem appellaverunt, quæ nunc literis interlisis juglans nominatur.* Cloatius autem Verus in libro à Græcis tractorum ità memorat: *Juglans, di prætermissum est, quasi dijuglans, id est,* Διὸς βάλανος. *Macrob. Saturn. 2. cap. 14.*

Uncus, Σχοῖνος, à jungendo, quòd cùm flexilis sit, res eo jungi possint.

Unipĕrus, Ἀρκεύθος, à junis & pario, quòd juniores

& novellos fructus pariat, antiquis matureſcentibus, ut qui pariat, uſque ad tertium annum arbori ſuo inhærente fructu.

L

Lactūca, Θρίδαξ, à copia lactis quo turget, & quoniam lac fœminis auget.

Lagōpus, Λαγώπους, ſic dicta eſt, quòd ejus capitula referant pedem leporis, quæ in furfurum tandem ſpeciem abeunt.

Ladănum ſegetum, *Hæc herba à foliorum cum Ladano ſimilitudine & natalibus à Plinio Ladanum ſegetum dicitur, ab aliis Tetrahit anguſtifolium.* Hiſt. Lugd.

Lamium, Γλήχωνος, fortè à florum figura, velut cucullo larvatam lamiam quandam repræſentante.

Lampſāna, Λαμψάνη, aliter Lapſana ſcribitur, à λάπτω, ut quidam volunt, quòd quaſi lambendo ederetur. Vel potiùs παρὰ τὸ λάψαι, unde λαπάζειν ex vacuare, quia alvum emollit, abſtergit, evacuat.

Lapăthum, Λάπαθον, ἀπὸ τοῦ λαπάζειν, evacuare, exinanire, quia foliorum ejus decoctum emollit alvum. Hippolapathum Græcis, quaſi grande Lapathum; magnis enim amplisque rebus Bu & Hippo præponere ſolent, à bove & equo excellentis magnitudinis animalibus magnitudinem mutuantes. *J. B.*

Lappa, dici poteſt ἀπὸ τοῦ λάπτειν, id eſt, lambere; quòd prætereuntium veſtibus adhæreat.

Laureola, diminut. à Laurus. Iſidoro Laurus à verbo laudis: hâc enim cum laudibus victorum capita coronabantur, poſtea d literâ ſublatâ, & ſurrogatâ r dicta eſt Laurus; ut in audiculæ quæ nunc auriculæ, & medidies quæ nunc meridies dicta eſt. Aliis Laurus à Lavo, purgo dici putatur, pollet enim

enim ſingulari vi ad purgandum ſanguinem.

Lens, Φακὸς, quia lentos ſive patientes facit. *Invenio* (inquit Plinius *lib.* 17. *cap.* 12.) *apud autores, æquanimitatem fieri veſcentibus eâ.* Lenticula paluſtris, ſive lens paluſtris dicitur, quia folium eſt Lenticulæ formâ, autore Dioſcoride.

Liguſtrum videtur dici à ligando, unde & Liguſtrum verum cenſetur ſpecies convolvuli poetis.

Lichen, Λειχὼ, ſic dicitur, quia λειχῶας, id eſt, impetigines curat.

Limodōron, Theophraſto Λιμόδωρον, quia vicinas plantas extenuat, & adoleſcere non ſinit, earum alimentum ad ſe trahendo. λιμὸν δωρεῖται famem dat: Orobanche dicitur, quia ὀρόβους ἄγχει, id eſt, viciam aliáque legumina ſtrangulet & enecet. Ob formam radicis, & quia ſæpiùs Geniſtæ vulgaris radicibus innaſcitur, Herbariorum turba Rapum Geniſtæ appellat.

Limonium, Λειμώνιον, à λειμὼν pratum. *Limonium ſuum à Græcis nomen obtinuit, quia irriguis pratis & conſimilibus locis gaudet.* Cordus apud J. B.

Lupulus, Salictarius dicitur quia ſubit ſcandítque ſalices & arbuſta omnia circumvolvendo. Lobelius Salictarium dictum exiſtimat, quia fulcra quæ ſcandit, ut plurimum ſaligna ſunt.

Lolium, Ἄιρα, fortè ἀπὸ τῦ λαῖον ὀλεῖν, quòd ſegetes perdat: vel Lolium, quaſi ὄλιον, quemadmodum à dachryma lachryma. *Martin.*

Lychnis à λυχνός.

Lyſimachia, Λυσιμαχία, à Lyſimacho rege inventore, teſte Plinio, nomen accepit; vel à pugna dirimenda, id enim eſt λύειν τὴν μάχην: Eſt namque vis ei belluarum etiam animos feroces & mutuos hoſtiles congreſſus placandi. *J. B. Invenit & Lyſimachus herbam Lyſimachiam, quæ ab eo nomen retinet. Vis ejus*

tanta eſt ut jumentis diſcordantibus jugo impoſita aſperitatem cohibeat. Plin. *lib.* 25. *cap.* 7.

Lotus doctis quibuſdam videtur vox origine Ægyptia, Λωτὸς.

M

MAlva, Μαλάχη. Malva Latinis, quaſi Molva, quòd alvum molliat, ut inquit Feſtus, ſecundùm tritum illud Scholæ Salern.

Dixerunt Malvam veteres quia molliat alvum.

Græcis etiam Μάλαχη ἀπὸ τῦ μαλάσσειν, quod mollire ſignificat, ob eandem rationem.

Marrubium, Πράσιον, Latina vox eſt Marrubium & non Græcæ originis, nam r ſecundum ſine aſpiratione ſcriptum ubique legitur.

Matricaria, Παρθένιον dicitur, quòd matrici & utero conferat, & mulierum malis medeatur.

Melampyrum, Μελάμπυρον, à μέλας & πῦρος. Ex tritici enim mutatione naſcitur melampyrum, ut ex melino nigrum fiat, teſte Galeno. Dicitur vulgò Triticum vaccinium à ſemine Triticum referente, & quòd gratus paſtus ſit bobus & vaccis ſaginandis. *Scribit Cluſius illud in occidentali Friſiæ ſeu Flandriæ parte (ubi copioſiſſimum ait) panem vitiare & atriorem reddere: quinimo eos, qui eo veſcuntur, plerunque capitis gravedine tentari ſolere, non ſecus ac ſi lolio victitâſſent.* Jo. B. qui aſſerit, ſe vidiſſe ſæpiùs panem eo tinctum, at nullum in eo pravum ſaporem ſenſiſſe, & ex ejus comeſtione nullum unquam nocumentum cuiquam acceſſiſſe.

Melilōtus, Μελίλωτος, ἀπὸ μέλι & λωτὸς, quaſi Lotus mellea, fortè à flavo colore florum, aut odore melleo, quem ſiccata emittit.

Mentha, Ἡδύοσμος, ab antiqua voce Græca μίνθη, quam

quam Grammatici παρὰ τὸ μινύθειν dictum volunt, quòd purgationes fœminarum inhibeat. *Mintham Plutonis pellicem, à Proſerpina (ut ſolent pellices ſemper odiſſe uxores) in hortenſem Mentham transformatam fuiſſe narrant poetarum fabulæ: æterno in æterna planta hominis monumento. Quam vocem Romani magis amantes, quia in ea malè habitæ ob amorem puellæ memoria ſervaretur, unâ tantùm & alterâ mutatâ literâ Græcorum Minthen Mentham ſuam fecerunt* J. B. aut Marcellus apud eum. Dalechampio μίνθη Græcis dicitur ἀπὸ τῆς μίνθος, à ſtercoris fœtore, per ἀντίφρασιν, quòd minimè fœtida ſit.

Mercurialis, Mercurii inventum *Plin. lib. 25. cap. 5. Linozoſtis ſive Parthenium Mercurii inventum eſt, ideo apud Græcos Hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem.* Ἑρμῆ βοτάνιον *Dioſcoridi lib. 4. cap.* 191.

Muſcus, Βρύον, Grammatici à μόχος deducunt, id eſt, ἄπαλὸς, τρυφερός. *Euſtath.* μόχλος, λύγος καὶ τρυφερὸς ὄλος.

Meum, Μεῖον & Μήον. An à μεῖον, id eſt, minus, ob parva & minuta foliola? *Martin.*

Milium Solis, nomen Barbarum, rectiùs fortaſſe Mauritanorum imitatione Milium Soler vocaretur, teſtibus Matthiolo, Lobelio & C. Bauhino. Quandoquidem (ut ſcribit Serapio) frequens naſcitur in montibus Soler. *J. B. C. B.* Anglicè vocari debet *Graymill*, id eſt, Milium griſeum, non, ut vulgò fit, *Grummell. Tur.* Græcis Λιθόσπερμον, Lithoſpermum dictum eſt ob ſeminis duritiem & ſplendorem.

Myosōtis à μυὸς & ὠτὶς, auricula muris, quia folia habet ſimilia muris auriculis, atque etiam ſuperna parte piloſa, unde & Piloſella dicitur.

Napus,

N

NApus, Βυνιὰς, vel à Rapum, quia eſt Rapo ſimile foliis & ſemine, vel à *ῥάπυ* Græc. i. Sinapi.

Narciſſus, Νάρκισσος. Poetæ ad adoleſcentem Narciſſum floris Narciſſi ortum referunt. *Ovid. Metam.*

Nuſquam corpus erat, croceum pro corpore florem
Inveniunt, foliis medium cingentibus albis.

Cæterùm Plinius à narce Narciſſum, non à fabuloſo puero dictum teſtatur: ut & Plutarchus, qui quaſi nervos hebetantem, & torpidas facientem gravitates refert. *Jo. B.*

Naſturtium, Κάρδαμον, à naſus & tero, quia ſcil nares torquet, & odore & ſeminis acrimonia ſternutamenta provocat.

Nepĕta, à nepa Scorpius, quia contra eas & alias venenatas beſtiolas facit. *Martin. Antiquis fortè ignoratam hanc plebecula cattariam vocat, peramœni ſpectaculi argumento: vixdum enim conſpectam ubi olfactârit catus, amplexatus & diſſuaviatus fuerit, laſciviendóque jam illi accedendo, jam recedendo ſeſe utriſque pedibus, diu & multùm affricuerit, colludendo tandem miris geſtationibus univerſam avidè ligurit, &c.* J. B. vide in *Catal.*

Nummularia, quia folia habet inſtar nummi rotunda.

Nymphæa, Νυμφαία. Δοκεῖ δ' ὠνομάδθ Νυμφαία, διὰ τὸ ἔνυδρον φιλεῖν τόπον, *quia aquoſa amat loca.* Dioſcor. Plinius deducit à *Nympha zelotypiâ erga Herculem mortuâ; unde, inquit, Heraclion vocant aliqui, alii ropalon à radice clavæ ſimili; ideoque eos qui biberint eam duodecim dies coitu genituráque privari,* lib. 25. cap. 7.

Nenuphar officinis dicitur, quia Arabes ex Græco Νυμφαία fecerunt Nufar & Nenufar.

Ocymum,

O

OCymum, Ὤκιμον & ὤκυμον, à celeritate proveniendi dicitur. *Theophr. Diosc. Plin. Esse refert Fuchsius, qui significantiùs per z scribendum ducunt ozymum, ab ὄζω quod redolere denotat, quoniam herba tota suavissimum spirat odorem. Ab eodem odore quòd basilicâ & regiâ domo dignum sit Basilicum hodie nuncupari solitum Ocymum garyophyllatum.* J. B. Varroni aliísque rei rusticæ Latinorum scriptoribus Ocymum, non alicujus herbæ genus, sed pabuli nomen est, ex segetibus videlicet ac leguminibus; veluti Varro *lib.* 2. *cap.* 31. testatur. *Id genus pabuli*, inquit, *sunt segetes virides antequam siliquas ferunt.* Idem testatur Plinius *lib.* 18. *cap.* 16.

Odontītis, ab ὄδους dens, quia decoctum cauliculorum ejus in vino austero, quantum manus capiat, dentium dolori medetur, ità ut contineatur ore. *Plin. lib.* 17. *cap.* 12.

Oenanthe, Οἰνάνθη, τὸ ἄνθος τῆς ἀμπέλου, quòd odore & quadantenus colore non sit viti dissimilis, vel potiùs quòd cum vite floreat, & in flore ejus odor, qualis in pubescente vite sentitur. Filipendula etiam vocatur, quòd glandulis similes radices à longis & tenuibus fibris ceu filis pendeant; ob eandem rationem *Dropwort* Anglicè dicitur; quia radicum bulbuli seu tubercula, sunt velut iguttæ ex longis fibris ceu filis dependentes.

Onobrychis, Ὀνόβρυχις, ab ὄνος asinus & βρυχὶς, quasi asini palmes; alii à βρύχω frendeo, & aiunt habere nomen ab asini ruditu.

Ophioscorŏdon, Ὀφιοσκόροδον appellatur, quia caput cum summa caulis parte serpentis instar se contorqueat.

Opŭlus,

Opŭlus, quia viti fert opem, maximè enim idoneus eſt ad maritandas vites. *Colum. lib.* 5.

Orchis, Ὄρχις, id eſt, teſticulus. *Cunctæ herbæ, quæ bulboſas binas aut ternas habent radices inſtar teſticulorum ſemen humanum quodammodo redolentes, Orchides cenſentur.* Spigel. *iſagoge.*

Origanum, Ὀρίγανον, ἀπὸ τῶ ἐν τοῖς ὄρεσι γάννυσθαι, quia montibus gaudeat, autoribus Dioſcoride & Plinio.

Orobanche, *v.* in Limodoron.

Oſyris, vel Oſiris, (ſcribitur enim per *i* & *υ*) appellatio eſt ab Ægyptio Deo Iſidis marito, quia valet contra veneficia omnia, autore Trago, qui Oſiritem Plinii vel Cynocephaliam eſſe autumat.

Oxălis, *vide* in Acetoſa.

P

PAnax, Πάναξ, quaſi πᾶσιν ἄκος, omnibus remedium adferens. *Panax verò ipſo nomine omnium morborum remedia promittit.* Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. Panax coloni nomen eſt à Gerardo noſtro huic plantæ impoſitum, quia à meſſore quodam ruſtico, qui inter metendum crus ſibi falce vulneraverat, inſignem ejus facultatem in vulneribus ſanandis primùm edoctus fuit. Vide apud eum hiſtoriam memorabilem & penè incredibilem. *pag.* 1005. ſive *lib.* 2. *cap.* 390.

Papāver, Μήκων, & Μηκὼν legitur, ità dicitur quia papæ, ſeu pappæ, id eſt, parvulorum cibo indebatur. *Martin.* Græcis μήκων παρὰ τὸ μὴ κονεῖν, non miniſtrando, quòd veſcentes eo ſuis muneribus fungi non poſſent. Ex his aliud Rhœas dicitur, à ῥέω fluo, quòd ab eo liquor emanet, ut aliqui volunt. Gaza fluidum vertit, quia flos ſtatim defluit, poſtquam ſemel explicatus fuerit. Papaver ſpumeum dictum

ctum eſt propter aſperginem ſputo ſimilem, quæ frequenter in ejus ramulis reperitur.

Paronychia, quia abſceſſus ad unguium radices paronychias dictas curat.

Paſtinãca, Σταφυλῖνος, à paſcendo dicta videtur, cùm corpus abundanter alat ſaginétque.

Paralyſis dicitur, quia paralyſi morbo medendo adhibetur à peritis medicinæ. Primula veris quia primo vere floreat.

Papillaris, quia in ſanandis papillis exulceratis efficax eſt, id eſt, Lampſana, indè & Angl. *Nipplewort.*

Pedicularis, id eſt, Criſta galli, Lobelius ità vocari ſcribit hanc herbam, quòd facultatibus ſit viroſis, pratis infeſta, & pediculis hoſtis: Contrà Dodonæus Pedicularem ab effectu nominat, quòd pecori ac jumentis, quæ in pratis ubi hæc provenit paſcuntur, pediculorum copiam gignat. Mihi hujuſce herbæ folia pediculi tergo perquam ſimilia videntur, & indè fortè nomen.

Perforãta, Τορικὸν dicitur, quòd folia obverſa ſoli innumeris ferè poris, acu quaſi trajectis, aciem tum noſtram, tum Solis tranſmittant radios: itémque Fuga dæmonum, quòd plurimi in ea ſunt opinione, ut aſſerant eam Dæmonas fugare, non aliter atque veneno alexiterium aliquod reſiſtat.

Periclymĕnum, Περικλύμενον, quaſi περικυλιόμενον, quia adminiculis ſe convolvit & ſcandit.

Perſicaria, Ὑδροπέπερι, haud dubiè dicta eſt, quia folia habet mali Perſicæ æmula. Hydropiper nomen à loco & ſapore obtinet: in aquis enim aut circa aquas creſcit, & eſt valde calidum & acre inſtar piperis.

Perſonãta, quòd folia ejus prægrandia vultui larvæ aut perſonæ vice obtendi ſolita eſſent.

Petasites, ex amplitudine foliorum, quæ πέτασον ſeu galerum referunt.

Phalăris,

Phalăris, Φάλαρις, pratensis ideo dicitur, quoniam capitula habet Phalaridi similia: Phalaris autem dicta est ab ave ejusdem nominis, quæ eâ ve scitur.

Phœnix, id est, Lolium rubrum, à colore Phœnicei ità dictum.

Phu, Φῦ, ab interjectione φεῦ abominantis: ole enim radix felinum quid, non tamen sine grato odo re nardi. *C. Hofman.*

Pimpinella, recens vocabulum, fortè à Bipennella, quo niam folia habet binis ordinibus pennatim siv plumatim ad mediam costam digesta, vel potiùs ac formam ancipitis securis, sive bipennnis. Hujus una species sanguisorba dicitur, quòd sanguineos fluxu sistat & sorbeat.

Pisum, Πίσον, à πίσσειν tundere: Frangere legumina veteribus solenne fuit. Aliis à Pisa quæ inter Ossam & Olympum, in qua copiosissimè nascebatur *P. Gassend.* Verùm non memini usquam legisse d alia Pisa, quàm quæ sita erat ad Alpheum amnem in Elide Peloponnesi. Aliis demum ἀπὸ τῦ πσεῖν quòd humi procumbat.

Plantāgo, à latitudine foliorum plantam pedis æmulantium. Ἀρνόγλωσσον, ob linguæ agninæ simili tudinem.

Platanaria, id est, Sparganium ramosum, quia pillula echinatas profert Platani pillulis similes. *Fo. B.*

Polytrĭchum, Πολύτριχον, à ramulis, qui capillorum instar tenues sunt, & etiam quòd pilos augeat, dici tur. Herbæ capillares dicuntur Adianthum, Cete rach, Phyllitis, &c. quia habent quosdam quasi pi los per longitudinem mediæ costæ extensos, unde ex signatura capillos augere creduntur.

Polemonium vel Polemonia, alii Philetæriam appel lant à certamine regum inventionis, inquit *Plin*

Certârunt

Certârunt enim olim reges, ut aliquarum insignium virium plantarum, & accedentis ab illis humano generi beneficii autores dicerentur. Marcell.

Polypodium, Πολυπόδιον dicitur, quia in radice ejus sunt tubercula, acetabulis iis similia, quæ in Polyporum cirris apparent. Hæc tubercula, sive acetabula, sunt vestigia foliorum annuatim abscedentium, ut Cæsalpinus loquitur.

Populus, fortè à πιπάλλω, quia foliis est tremulis, quod Libycæ præsertim convenit. *Martin.*

Portulāca, Ἀνδράχνη & Ἀδράχνη. Turnebus Portulacam, etiam Portulatam dicendam existimavit, quòd foliis portulas imitetur. Sed exempla antiquorum voluminum desunt.

Potentilla dicta est Argentina à potentia quâ pollet insigni in frangendo calculo. *Lob.*

Prasium, videtur inquit Pena, prasinus viror, aut certè virosus odor appellationem dedisse Marrubio, tam nigro illo fœtido quod Ballote dicitur, quàm albo & odoro, apud *F. B. tom.* 3. *c.* 317.

Primula veris dicitur, quòd primo vere floreat.

Prunella, vulgò Brunella, ab effectu nomen accepit, eò quòd faucium aut linguæ affectibus, aut potiùs malo castrensi, German. **Die bzuyne**, id est, anginæ medetur. *C. B.* At Casp. Hofmanno ità dicta est, quòd usus ejus maximus sit in causo Hungarico quem vocant **die bzaune.**

Prunus, Κοκκυμηλέα, à πυρλὼ fortè, quòd magnum nucleum habeat. Goropius è penu suo Cimbrico nobis aliquid novi importat. Pruna nos (inquit) *Pruinnen* vocamus, quasi **Pur=ruinnen**, id est, mora evacuantia. Latini itaque Prunorum nomen nostrati linguæ acceptum ferre debent. *F. B.* Verùm illè egregiè ineptit. Probabilius est, Latinum *Prunus* à Græco πρῦνος, vel πρύμνη factum, quæ vox apud Theoph.

Theoph. legitur, & ut probabile eſt Prunum ſignificat.

Ptarmĭca, ex re nomen habet, πταρμὸν enim i. ſternutamentum provocat.

Pulegium, Βλήχων, quòd ejus flos recens incenſus pulices necet odore. Βλήχων, quaſi balans herba, quia guſtatum à pecore cùm floret, acri guſtu balatum iis extorquet.

Pulſatilla, quòd ſeminum tremuli pappi leviſſimo flatu huc illuc agitentur, unde & herba venti dicitur. Nomen Pulſatilla Italicum eſt, ſiquidem inibi ità vulgò dicitur hæc planta.

R

RAnunculus, Βατεάχιον, vel quod ranarum more humidis limitibus, opacísque marginibus lætetur; vel quòd ranæ inter ejus frutices frequenter inveniantur. Hîc obiter notare liceat, hortulanis expedire magnum ranarum exercitum in hortis fovere: vegetabilibus quippe intactis, ex animalculis quæ plantis officiunt victum quærunt: v. g. ex cochleis terreſtribus minoribus, aſellis, & variis inſectorum generibus, ut earum ventriculos diſſecando ſæpiùs vidimus. Ranunculus flammeus qui & Flammula dicitur, quia manſus in ore linguam & palatum igneo ſuo & acri calore vellicat & veluti inflammat.

Raphănus vel Rhaphanus, Ῥάφανος ἀπὸ τῦ ῥὰ φαίνεσθαι, autore Athenæo, id eſt, quòd facilè appareat, ſibi nomen aſcivit: nam tertio à ſatu die profilit. Radicis vocabulum, ut autor eſt Varro, è Græcia venit in Latium, cùm veteres Græci radicem dixerunt, quam nunc Rhaphanum. *F. B.*

Rapum, Γογγύλη, Γογγυλὶς, item Ῥαφυς & ῥάφυς.

Rapa

Rapa quòd ex terra rueret, q. ruapa, Varrone teſte, nominata eſt. Alii quòd paſſim rapiatur, Rapi nomen inditum eſſe putant. A Græcis tamen manâſſe id nomen facilè videri poteſt, qui Rhaphyn & Rhapyn, auctore Athenæo, dicunt. *Jo. Bauhin.*

Reſeda, à ſedandis doloribus dicta eſt; nam collectiones & inflammationes diſcutit, ut ſcribit Plinius *lib.* 28. *cap.* 12. Qui curant eâ addunt hæc verba, *Reſeda morbos reſeda, ſciſne, ſciſne quis hîc pullos egerit? Radices nec caput, nec pedes habeant:* Hæc ter dicunt, totiéſque deſpuunt. *Idem ibid.*

Rogga, vocabulum Belgicum eſt **Rogghe**, id eſt, ſecale.

Roſa, Ῥόδον, nomen Latinum à Græco, Græcum autem à ῥέω & ὄζω, quòd ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς emittat. *Plutarch. Sympoſ.* 3. Roſa canina quare ſic dicta eſt colligi poteſt ex Plinio, qui *lib.* 25. *cap.* 2. commendat eam contra canis rabidi morſum; & narrat memorabilem hiſtoriam de milite quodam in Lacetania, qui à cane rabido morſus, & aquas jam expaveſcere incipiens, radicis hujuſce roſæ uſu, (quam mater in quiete viſam juſſa erat filio bibendam mittere) priſtinæ ſanitati reſtitutus fuit; & poſtea ex inperato quiſquis auxilium ſimile tentavit.

Rubus, Βάτος, vel quòd virgulta ejus rubeant, vel quòd mora ejus compreſſa ſanguineum ſuccum reddant, ut volunt Grammatici.

Rumex, Λάπαθον. Oxalidē propriè Romani Rumicem appellârunt: forſan quòd ab ea ſuccus non aliter quàm à mamma, quam rumam Veteres dixerunt, ſitientibus exugi ſoleat. nam foliorum acor à quibuſdam hauritur, ut lac ab agnis, qui in matribus ſuis ſubrumantur. Niſi quis à teli ſimilitudine dictum nomen exiſtimet, quod Sparo cognatum in

modum pedis recurvatur, cujus meminit Lucilius;

Tum Spara, tum Rumices portantur, tragula porro;

citante Nonio. Adfertur tamen & hic verſus à Feſto, ſed pro rumices habet murices. *F. B.*

Ruta, Πήγανον, haud dubiè Græcæ originis eſt; ſiquidem ῥύτη apud Athenæum legitur. *C. Hofman.* Scribit etiam Iolaus antiquiſſimus Græcorum ſcriptor, & cujus nomen vel olim tantùm audiebatur, in Peloponneſiacis ſuis, quam tota Græcia πήγανον vocabat, in Peloponneſo ῥύτὰν appellari. *J. B.* Φασὶ δέ τινες τὸ πήγανον ἀπὸ τῆς δυνάμεως ὠνομάσθαι· πήγνυσι γὰρ ξηρότητι διὰ θερμότητα τὸ σπέρμα, καὶ ὅλως πολέμιόν ἐστι ταῖς κυήσεσι. Aiunt facultate ſua πήγανον dictum, quòd ſiccitate & calore condenſet & coagulet ſemen. Hinc uterum gerentibus inimicum eſt. *Plutarch.* apud *J. B.*

S

Sagitta dicitur, quòd ejus folia alatæ Sagittæ cuſpidem proximè referant.

Salix Latinis à ſaliendo, Græc. Ἰτέα παρὰ τὸ ἰέναι, quòd citò in altum excreſcat & quaſi exiliat Salix Homero ὠλεσίκαρπος dicitur, an quòd ocyſſimè fructum ſeu ſemen amittat, antequam omnino maturitatem ſentiat, uti Theophr. Plin. Democrito viſum? an verò quòd Veneri reſiſtant, ac ſterilitatem inferant folia, conceptúmque impediant, ut tradunt Dioſcorides & Plin. Et hoc probabilius, nec enim omnes Salices ſunt frugiperdæ: Namque & Tragus, & J. B^us. in aliquibus ſemina obſervabant, & Salices ex ſeminibus natas aſſerunt. Et nos quidem vidimus Salicum ſemina minutiſſima pappoſa lanugine involuta, an verò fœcunda ſint nécne nondum exploravimus.

Sali-

Salicaſtrum, id eſt, Dulcamara, quòd in ſalictis naſcatur. *Plin.*

Salvia, Ἐλελίσφακος, à ſalvando, cùm ad multa, præſertim ad fœcunditatem, ſalutaris ſit.

Sambūcus, Ἄκτη, à Sambuco muſico inſtrumento, quod alii pectida vel magadin vocant, dicta: alii ab autore denominatam malunt, cui nomen Sambyx. Fortè ex hujus arboris ramis Sambucus primùm facta eſt.

Sanicula, à ſanandis vulneribus nomen traxiſſe videtur: eſt enim recens vocabulum.

Saponaria, ab extergendi facultate, quâ ſaponis ritu pannos eluit purgátque; & Struthium vocari poteſt à verbo στρυθίζειν, id eſt, lanas purgare & candidas facere. Eſt & Saponaria nomen nuper factum.

Satyrium, Σατύριον, à Satyris dicitur, propter incendium libidinis, quòd Veneris incentivum eſſet præ reliquis bulbis. Satyria dicuntur quibus unicus eſt bulbus, orchides quibus geminus, autore Dioſcoride. Spigelius in ſua *Iſagoge*, Propriè, inquit, Satyrium eſt, quod ternas habet radices orchidum radicibus ſimiles; unam quæ ſurſum erigitur virilis membri formâ, duas alias inferiùs ex eodem initio, more teſticulorum dependentes. Verùm Dioſcoridem ſequuntur C. B^o. & Lobelius.

Scabioſa, recens vocabulum, fortè ψώρα Aetii: quidam à ſcabro herbæ habitu nomen deducunt, eſt enim piloſa; alii & meliùs à ſcabie, quòd ſcabiei medeatur; & hoc etiam vox Pſora prætendere videtur.

Scirpus, σχῖνος, à ſirpo, ligo, implico: ſcribitur enim & ſirpus ſine c.

Scordium, Σκόρδιον, ἀπὸ τῆς σκορόδου, quia allii odore & acrimoniâ nares ferit.

Scrophularia, à radice nodoſa, & ab effectu nomen accepit, quòd ſcrophulas prodeſſe credatur. *C. B.* Sunt a. Scrofulæ, ſive ſtrumæ & chœrades, glandularum induratarum tumores in cervice, alis, & inguinibus: Angl. *Kings evil.* volunt ità dici, quòd porcis ſint familiares, aut quòd numeroſæ ſint ſoboliſ & prolificæ veluti Scrofæ. Eſt autem Scrofa ſus quæ fœtûs causâ alitur. Scropha etiam erat proprium nomen, quod caſu cuidam Romano datum in familia hæſit. Macrob. *Sat. lib. 1. cap. 7. Tremellius verò Scrofa cognominatus eſt eventu tali. Is cum familia atque liberis in villa erat: ſervi ejus, cùm de vicino ſcropha erraret, ſurreptam conficiunt. Vicinus advocatis cuſtodibus omnia circumvenit, nè qua efferri poſſit; isque ad dominum appellat reſtitui ſibi pecudem. Tremellius, qui ex villico rem comperiſſet, ſcrophæ cadaver ſub centonibus collocat, ſuper quas uxor cubabat, quæſtiônem vicino permittit. Cùm ventum eſt ad cubiculum, verba jurationis concipit, nullam eſſe in villa ſua Scrofam, niſi illam, inquit, quæ in centonibus jacet; lectulum monſtrat. Ea facetiſſima juratio Tremellio Scrophæ cognomentum dedit.*

Secāle, à ſecando, quòd Autumno, cùm alia deficiant, hæc jumentis & bubus diſſecta præbeatur. Vide *Columel.* de farragine.

Selinum, Σέλινον, Euſtath. deducit ab ἕλος, ut ſit quaſi ἕλινον, quia paluſtribus gaudet. Lobelius Selinum quaſi lunaticum dictum contendit ab effectu.

Senecio, Ἡεγέρων, quaſi vernus ſenex, quia vere canescit, inquit Plinius, vel quia aſſiduè & per totam æſtatem flores emittit, qui ſubitò in pappos abeunt, & lanuginem oſtendunt. *Caſp. Hofman.*

Serapias, orchidis ſpecies, ità dicta, auto e Dioſcoride, quoniam radix ad multa utilis eſt. Sunt qui à Serapi

rapi Alexandrinorum Deo ſic cognominatam velint, propter laſciviam impudentem, quâ is Deus Canopi, ubi templum & cultu & religione excellens habebat, colebatur, referente Strabone *Geogr.* 17. Serapiadum enim flores inſecta fœcunda & laſciva referunt.

Serpyllum, Ἕρπυλλος. Nomen Latinum à Græco factum ſpiritu denſo in ſ mutato, ut in plurimis aliis fit, v. g. ἕξ ſex, ἑπτὰ ſeptem, ἕδος ſedes, ἱδρὼς ſudor, ἑκυρὸς ſocer, ἅλς ſal, ἅλλομαι ſalio, ὑπὸ ſub, ὑπὲρ ſuper, ὕλη ſylva, ἥμι ſemi, ἕρπω ſerpo, ὅλκος ſulcus, ἓ ſe, ὗς ſus, ὑάδες ſuculæ *Gellio.*

Serratula, à foliis minutim circumquaque inciſis, & ſerratis nomen habet. *Fo. B.*

Sertula campana, id eſt, Melilotus officinarum. Sertula dicitur, quia coronæ antiquitùs ex ea factitatæ ſunt; Campana, quia in Campania Italiæ laudatiſſima invenitur. *Plin. lib.* 21. *cap.* 9.

Sideritis, Σιδηῖτις, ἀπὸ τῦ σιδήρυ, ob vim vulnera glutinantem. *Sideritis eam vim habet, ut quamvis recenti gladiatoris vulneri alligata ſanguinem claudat.* Plin. *lib.* 26. *cap.* 13.

Sinapi, Σίνηπι, ὅτι σίνεται τὰς ὦπας τῇ ὀσμῇ, quòd olfactu oculos lædat, vel quaſi σίνον νάπυ. Atticis enim idem eſt νάπυ & σίνηπι. nos potiùs exoticum putamus eſſe hoc vocabulum, quale eſt & χόμμι, & πέπερι, & nonnulla alia. Quòd verò Gallis *Mouſtarde* vocatur, ex eo factum videtur, quòd cum muſto Sinapi ad intinctus conteri ſoleat. Camerario Muſtarda dicta placet, quaſi muſtum ardens, quòd ignei vi ſemen nares & cerebrum apprehendat, lachrymas excutiendo, nullo aſperrimi ſaporis prævio odore. *Fo. B.*

Sium, Σῖον, ἀπὸ τῦ σίειν, à concutiendo, vel quòd calculos excutiendi vim habeat, vel quòd aquis

prætərlabentibus in quibus naſcitur σείεται, id eſt, concutitur, unde & laver dicitur Latinis, quòd aquis fluentibus lavetur.

Σμίλαξ, aliis à σμάω rado, unde σμίλα ſcalpellum: At Poetæ fabulantur virginem ejuſdem nominis propter amorem juvenis Croci mutatam in hanc figuram. *Ovid. 4. Metam.*

Et Crocon in parvos verſum cum Smilace flores.

Solānum, Σόλανον, quaſi Sulanum, quia ſuibus confert adversùs febres ardentes, autore Trago. *Martin.* perridiculè, ut nobis videtur.

Sonchus, Σόγχος, aliis corruptum videtur à συμφὸς rarus, quia ſcil. rarum & cavum caulem habet: aliis ἀπὸ τῦ σῶον χέειν, quia ſalubrem ſuccum de ſe fundit, ad æſtuoſas ſtomachi lancinationes, & bilioſas hepatis obſtructiones utiliſſimam.

Sparganium, Σπαργάνιον, ἀπὸ τῆς σπαργάνων dicitur, quòd foliis ejus latis & vitilium modo lentis pro faſciis nutrices utebantur. *C. B.*

Spatŭla fœtida, Ξύεις, tum ob folii figuram ſpatham referentis, tum quòd gravem odorem exhalet, nuncupata eſt: ob eandem rationem & ξυείδα, quaſi raſorium cultrum aut novaculam, dixêre: eſt enim illi folium ancipiti novaculæ ſimilius, acutiore aciẹ & tenuiore rigidioréque quàm Gladiolus aut Iris mucrone. Folia ejus olent recoctam, Italis dictam: unde Recoctaria in quibuſdam Italiæ locis dicta eſt.

Spergula, recens eſt vocabulum, factum (ut conjectatur Dodonæus) à Brabantico *Spuery*.

Sphondylium, Σφονδύλιον, dictum fortaſſe ob odoris gravitatem à ſphondyle inſectæ genere odoris gravis. *Pena.* Marcellus Sphondylium à ſpondylorum in ſpina & phalangii ejuſdem nominis formâ dictum exiſtimat: ſiquidem rotunditate duo hæc ſimilia inter ſe ſunt, & ambo perviam concavitatem habent,

habent, quâ muliebrium fuſorum verticillis ſimilia etiam ſint.

Spiræa Theophraſti, id eſt, Viburnum, quia eſt flexilis & vitilis, à σπείρα. *Martin.*

Stachys, Στάχυς, dictum videtur ex eo quòd in capitibus ſummis, flores tanquam in ſpica, ſed verticillis diſtincta, ferat.

Staphylodendron, id eſt, arbor vitis; hujus nominis rationem non invenio.

Stellaria aquatica dicitur, quia ejus folia ſtellarum radios referant in ſummitate.

Succiſa, recens vocabulum, quia ejus radices præmorſæ ſunt: alii eadem de cauſa Morſum Diaboli ſuperſtitiosè vocant, quaſi ille hanc radicem hominibus invidens, dentibus eam ſuccidat atque circumrodat. *Jo. B.* Arbitramur nos radicem hujuſce plantæ ideo ſucciſam ſeu præmorſam apparere; quòd poſt anni ſpatium media & rectà deſcendens radicis fibra corrumpatur, fibris frequentibus ad latera ſubnatis. Idem ferè accidit in plantagine ſecundùm Lobelium, & in una & altera Hieracii ſpecie. Pariter & in omne genus orchide teſticulus ſuperioris anni flacceſcit, & corrumpitur; & quotannis novus adnaſcitur.

Symphytum, Σύμφυτον, à σωὶ & φύω, quia vulnera ſanat, & facit coaleſcere. *Vulneribus ſanandis tanta eſt præſtantia, ut carnes quoque dum coquuntur conglutinet addita; unde & Græci nomen impoſuêre.* Plin. *lib.* 27. *cap.* 6.

T

TAnacētum, recentioribus dictum, fortè à Tanaco, quo nomine Parthenium herbam olim appellatam fuiſſe tradit Plinius. *C. B.*

Tapſus vel potiùs Taxus, quia toxiacis adverſetur, barbatus à denſa lanugine. *Lob.*

Taraxacon appellatio Arabica eſt, ex Avicenna & Serapione deſumpta, & in officinas derivata: mutuatur verò originem à verbo Græco τηώξιμον.

Taxus, Μίλ☞ Theophr. Σμίλ☞ Nicand. Σμίλαξ Dioſcor. *C. B.* an quòd τόξα indè fierent? Sunt qui taxica hinc primùm appellata dicunt venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguntur, vide *Plin. lib.* 16. *cap.* 10.

Telephium, Τελέφιον dicitur, quòd ulceribus malignis & deploratis, quibus Telephus Myſiæ rex ab Achille vulneratus conſenuit, (quæ eam ob rem etism Telephia vocantur) auxilietur.

Tertianaria, id eſt, Lyſimachia galericulata, quia febri tertianæ mederi creditur.

Teucrium, eò quòd Teucer ejus uſum animadvertiſſe, aut inveniſſe dicatur. *Plin. lib.* 25. *cap.* 5.

Thalictrum, Θάλικτρον, & Θαλίπτρον, dictum fortè à θάλλω vireo, eò quòd dum germina protrudit eleganter vireat.

Tithymālus, à τίτθος mamma, & μάλος tener, quòd tenerum lac non ſecus ac mamma quædam effundat. Lobelius autor eſt, hanc vocem ſcribendam eſſe per diphthongum Tithoimalus, quod mammam ſive papillam uberis exitioſam virosámve non inſcitè interpretatur. *J. B.* Hujus una ſpecies characias dicitur, id eſt, vallaris, ſic dictus quia vallis ſeptísque muniendis aptus ſit, aut quòd plerumque his in locis proveniat.

Tormentilla, Ἑπτάφυλλον, quòd radicis pulvis cum aluminis & pyrethri momento cavis dentium inditus eorundem tormentum ſive cruciatum ſedet. *Lob.* alii à dyſentericis torminibus ſanandis à recentioribus ità nominatam cenſent.

Trachelium,

Trachelium : τράχηλος à Græcis vocatur collum, atq; adeò tota ſpina à vertice uſq; ad os ſacrum, ἀπὸ τῆς τραχύτητος, ab aſperitate, quæ nominis ratio & huic plantæ convenire poteſt : niſi ob dotes nonnullas, quibus in colli affectibus commendatur, Trachelium dicenda ſit, unde etiam cervicaria dicitur. *J. B.*

Tragopōgon, Τραγοπώγων, nomen accepit à pappo cano grandiori, qui è ſummo ejus vertice naſcitur, & hirci barbam imitatur. *Theophr.* apud *J. B.* Nobis ità dictum videtur quòd flos nondum explicatus barbam hircinam figurâ ſuâ admodum referat.

Tribŭlus, Τρίβολος, à τρεῖς βολαὶ, herba triplici mucrone armata. Sunt enim τρίβολοι machinulæ ferreæ, doloſæ, trigonâ aut tetragonâ formâ, quæ in quamcunque partem incubuerint, unum aut plures aculeos infeſtos protendunt.

Tritĭcum, πυρὸς quòd ex ſpicis tritum, & trituratione expurgatum ſit. *Varro.* πυρὸς, q. σπυρὸς pro σπορὸς, ἀπὸ τοῦ σπείρειν. *Etymol.*

Quatuor panis genera apud antiquos è tritico fiebant.

1. Siligineus panis, σιλιγνίτης, ex ſiligine, id eſt, flore farinæ, ſive puriſſima, molliſſima & tenuiſſima parte, ab omnibus furfuribus exactiſſimè repurgatâ.

2. Similagineus, σεμιδάλίτης, ex ſimila ſeu ſimilagine, id eſt, farinæ parte tenui quidem, ſed ſiligine impuriore, utpote ex qua non omnes excuſſi ſunt furfures, ſed craſſiores tantúm.

3. Confuſaneus, αὐτόπυρος & συγκόμιστος, ex farina omnes frumenti partes in ſe continente, cui nihil vel floris vel furfurum deceſſit.

4 Cibarius, gregarius, ſordidus, ῥύπαρος, ex polline ſive furfuraceâ farinâ coactus, ex qua molliſſima puriſſimáq; farina excuſſa eſt. *E Dodonæo.*

Triſsāgo.

Triſsāgo, Χαμαίδρυς, q. dryſago, à δρῦς, ut *ago* ſit terminatio ſimilitudinis index: habet enim folia ut Quercus, unde & Chamædrys dicitur. *Mart.*

Tuſſilāgo, Βήχιον, à commodo compertiſſimo quod præbet anheloſis & tuſſi afflictis.

Typha, Τύφη, vel à τῖφος palus, quia in paluſtribus naſcitur, vel à florum effigie turbinata, q. Typhonis ſeſe gyrantis turbinem, aut gigantis ſtaturam minacem ſignaret. *C. B.*

V

VAleriāna, vel à Valerio neſcio quo; vel potiùs à valore aut valentia; quia multis facultatibus valet. an Veteribus cognita nécne dubium. Officinæ pro Phu utuntur.

Verbaſcum, Φλόμος, q. Barbaſcum, quia folia ejus piloſa ſunt: Italis enim *Barbaſſo* dicitur. Plinius à verbena deducit. φλόμος ἀπὸ τῆς φλογὸς à flamma, quòd ejus foliis & caulibus in laternis pro ellychniis uterentur.

Verbēna, Ἱερροβοτάνη, Grammaticis quaſi herbena, quia quamlibet herbam in ſacris uſitatam ſignificat. Hierobotane ſive Herba ſacra dicitur, quia, autore Dioſcoride, in luſtrationibus ſuſpenſa alligatáve, felicem habeat uſum: Verbena, autore Plinio, quòd ad Jovis menſam verrendam, præparandámve ad ſacrificium adhiberetur. Vide *Plin. lib.* 22. *cap.* 2. *& lib.* 25. *cap.* 9. Adeò autem uſitata erat hæc herba in ſacris apud ethnicos, ut ejus nomine uti ſolebant ad quamlibet herbam in ſacris utilem exprimendam; ut unanimiter cum Servio teſtantur omnes Critici & Grammatici.

Veronica, quaſi φερονίκη, quia triumphat inter plantas noviter repertas. *C. Hofman.* Eſt autem recens vocabulum,

vocabulum, & ut putamus à Vettonica factum.

Viburnum, à viendo seu ligando. Viburnum enim non est alicujus particularis fruticis nomen apud antiquos: à recentioribus huic arbori ut proprium tribuitur, quia rami ejus lenti sunt, unde & Lantana dicitur.

Vicia, aliis à vinciendo, aliis à vitis, quòd instar vitis capreolos habeat: potiùs à βίκιον, quod viciam significat apud Asianos.

Viōla, per diminutionem à Græco ἴον dici videtur, spiritu leni in v literam converso.

Viscus, à Græco Ἰξὸς ejusdem significati, spiritu itidem leni in v mutato, quod & in plurimis aliis nominibus Latinis à Græcis derivatis fit, v. g. οἶνος vinum, ἐμῶ vomo, ἴταλος vitulus, εἴδω video, ἔαρ ἦρ ver, ὄλω valeo, οἶκος fortè vicus, ἶν ἰνὸς vena, ἴς vis, &c. quæ apud Caninium legi possunt.

Urtīca ab urendo dicitur. Ἀκαλύφη, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἁφὴν, quòd injucundo sit tactu, & pruriginem ciear. *Athen.* apud *C. B.* Dicitur & κνίδη, quòd lanugine noxia vellicet, pungat, & suo morsu sensum lacessat, à verbo κνίζειν, quod pungere & vellicare significat.

Uvularia, id est, Trachelium, quia uvulæ, id est, Columellæ confert.

Verātrum, Martinius dictum putat, quasi verè atrum: est enim radice nigra, unde etiam Græcis μελανόῤῥιζον appellatur.

X

XYris, *vide* in Spatula fœtida.

Termi-

Terminorum quorundam & Vocum generaliorum interpretatio & explicatio brevis.

A

Acinus, non pro uvæ vinaceo apud idoneos autores, ſed pro uvæ fructu toto accipitur, qui ex ſucco, & parte quæ velut caro eſt, & ex vinaceis, & ex ambiente cute ſive folliculo conſtat. *The berry of a grape.* Vide *Columell.* lib. 11. c. 2. ubi hæc verba habet, *Cùm expreſſeris vinacea, quæ acinis celantur, eáque jam infuſcata & propemodum nigra fuerint.* Extenditur & hoc nomen latiùs ad fructus minutiores arborum fruticúmve ſpiſſiùs creſcentes & coactiùs, ut hederæ, &c. & ſic à bacca diſtinguitur, quæ rariùs creſcit, ut in olea, lauro, &c. *Fun.* A medicis recentioribus pro gigarto ſeu vinaceo accipitur, cùm dicunt *uvæ exacinatæ*, &c.

Acus eris, purgamentum frumenti, palea. *The chaffe.* Porrò *acus* Plinio dicitur, cùm per ſe ſpica pinſitur: *palea* verò, ubi cum ſtipula teritur in area.

Adonidis horti vocantur οἱ μετέωροι καὶ ταχεῖοι καὶ μὴ ἐρριζωμένοι, quales ſunt qui teſtis & fictilibus è feneſtris ad ſolem exponi ſolent.

Ala caulis, eſt angulus quem cum caule vel ramus, vel folium, vel pediculus folii conſtituit; qui ſemper ferè acutus eſt, vel rectus ſaltem, quia pediculi ſurſum nituntur. *Fung.*

Alabaſtri ſunt folia illa viridia herbacea quæ flores ſepiunt. *Funius* exponit *alabaſtrum* roſæ globum nondum explicitum & patentem totum, ſed conniventem.

Alica

Alica vel *Halica* interdum accipitur pro certo frumenti genere (vide *Plin.* lib. 18. c. 7. & *Celſ.* lib. 3. cap. 6.) ſed frequentiùs pro re factitia, quæ fieret ex Zea quæ Semen appellatur, cui admiſcebatur creta, quæ tranſibat in corpus, colorémque ac teneritatem adferebat. Hæc propria & genuina alica res Romana à Plinio dicitur, nec ante Pompeii magni tempora inventa; apud quem *lib.* 18. *cap.* 11. modum conficiendi vide. Differt autem Alica latè ſumpta à Græcorum Chondro, ut genus à ſpecie; ſiquidem Chondrus non cretâ, ſed gypſo & arenâ repurgaretur, quemadmodum altera alicæ ſpecies, memorata Plinio, adulterina cognominata, ex Zea in Africa degenerante confecta.

Amylum, quòd χωρὶς μύλης, ſine mola paretur: cujus conficiendi modum vide apud C. Bauhinum *in Theat.* Macerabatur ſcil. ſæpiùs quotidie Triticum aut Siligo aquâ affuſâ & effusâ, donec ità molleſceret ut cremor exprimi poſſet, qui deinde in ſole ſiccabatur, & hunc *amylum* vocabant.

Anthera Offic. ſunt ſummitates ſeu cacuminula in florum medietate ſtaminibus incumbentia, q. ἄνθος ῥόδης, id eſt, flos roſæ. *The chives.*

Apices, idem quod Anthera.

Arbor eſt quod ſingulari à radice ſtipite aſſurgit qui caudex vocatur, & in multos poſtea ramos majores, quos ἀκρέμονας & ὄζους Græci vocant, finditur; deinde in ramuſculos multiplices, quos iidem κλάδους, Latini ſurculos appellant, quódque non facilè diſſolvi poteſt. *Spigel. iſag, A tree.*

Arilli Offic. Vinacea, gigarta, q. ariduli, quòd ſicci ſint & nullum ſuccum præbeant. *Grape ſtones.*

Ariſta, acus exilis ac longa è gluma extans, q. arida. *The beard or awne.*

Aſparagus, primum germen herbarum quod edendo eſt.

est. *Jun.* vel oleris cujusque turio, antequam in folia explicetur: à ἀναίρω. *The tender sprouts or shoots of any herbe from the ground.* Hinc per Antonomasiam ita dicitur herba quædam, quæ grandes profert & edules asparagos.

B

Baccæ dicuntur qui sparsim arboribus fruticibusq; atque etiam herbis adnascuntur fructus parvo-rotundi. *Berries.* & sic ab acinis distinguuntur, qui sunt racematim dependentes baccæ.

Balaustium, sylvestris mali Punicæ flos. *The flower of the wild Pomegranate tree.*

Bulbus, radix rotunda membranis suis tunicata, pluribúsque interdum capitulis coagmentata, uno folliculo omnes ambiente, interdum capitulis discriminatis separata, ut in allio sativo. *Calep.*

C

Calyx, folliculus seu involucrum floris priusquam dehiscat, præcipuè rosæ: interdum flos ipse rosæ connivens & nondum expansus. At nunc frequentissimè accipitur pro folliculo quo flos primùm, deinde semen herbarum & fructus arborum cooperitur.

Capillamenta sunt filamenta illa tenuia, in florum medietate surgentia, apicibus plerunque donata.

Capitulum, unde plantæ dicuntur capitatæ, est quod constat ex pluribus floribus & staminibus arctè in globosam aut circularem sive in disci figuram congestis, ut in cyano, scabiosâ, jaceâ, carduis, &c. *Jung.*

Capreolus Varr. *clavicula* Cic. Colum. *viticula & crinis* Plin.

Plin. *annulus vitis* Cælio Aureliano. Coliculus viteus cincinni in modum contortus, quo locum ſerpendo capit. *Jun.* Spigelius latiùs hoc vocabulum extendit, cum ſcribit. *Iſag. lib. 1. cap. 7. E ramis extremíſque plantarum, ſcandentium præſertim, partibus capreoli oriuntur; qui ſunt cauliculi intorti, quibus Vitis, Piſum, Bryonia & alia legumina involvunt ſeſe, aliiſque plantis aut ſtipitibus ſe implicant.* Angl. *Claſpers or tendrells.*

Caro in Phytologia ſubſtantiam illam molliorem fructuum ſucculentorum notat, quam aliàs pulpam vocamus, ut pulpa ſeu caro Caſſiæ, caro Prunorum, &c. *Sohrod.*

Catulus apud recentiores Botanicos idem ſonat quod julus aut nucamentum, ut catuli Salicis aut Juglandis, id eſt, Juli.

Caudex eſt truncus arboris cum frondibus. *Jun. The ſtemme or body of a tree.*

Caulis eſt quod ſupra terram ſimplex aſſurgit, unde folia frondéſque ſeu ramuſculi emicant. *Joachimus Jungius Lubecenſis in* Iſagoge Phytoſcopica nondum editâ, nobis a Cl. Viro D. *Samuele Hartlib* communicatâ, caulem ita definit, *Caulis eſt pars herbæ ſuperna, ità in altitudinem exporrecta, ut anteriora à poſterioribus, vel dextra à ſiniſtris non differant: in arboribus & fruticibus caudex, in frumentis culmus dicitur. The ſtalke of any herbe.*

Cicus & ciccum, membrana tenuis acinos in malo Punico diſcriminans: hinc proverbialis locutio *ciccum non interduim*; hoc eſt, nihil curo, perinde mihi eſt.

Clavicula, A Claſper or tendrell. vide Capreolus.

Comæ ſunt plantarum ſummitates, vel arborum frondes.

Conus in Phytologia dicitur fructus ex compactili lignoſarum

gnosarum squammarum strue compositus, coni figuram æmulans, hoc est, à lata & circulari base in mucronem definens; qualis est Pini, Abietis, &c.

Cor sive *corculum* seminis est portiuncula seminis unde tum radix, tum germen enascitur.

Cortex, exterior arboris veluti crusta: interior enim tunica, ipsi ligno adhærens *liber* dicitur. q. corium tegens *Isid.*

Corymbus significat in genere quodvis summum, *Corymbi* cacumina, summitates: Nam prima notio τῶν κορύμβων est in capite veterum Atticorum tutulus seu meta suggestûs capillorum. In specie corymbi sunt uvæ seu racemi hederæ acinis stipati & in orbem circumacti: item extremitates latiores flosculorum & seminum, quales in Helichryso, Tanaceto, Ageratо, Abrotano fœmina, &c. cernuntur. Certè Plinius flores, seu, ut ipse ait, fructus Chrysocomæ, comantes auri fulgore corymbos nuncupat. Jo. Bauhinus corymbiferas appellat eas plantas quæ florem gerunt densum, & in capitulum aggestum quendam minutissimorum staminum stipatum; & sub hoc titulo complectitur, Florem Africanum, Caltham, Chrysanthemum, Helenium, Florem solis, Bellidem, Chamæmelum, Parthenium, Buphthalmum, Tanacetum, Ageratum, Ptarmicam, Millefolium, Costum hortorum, Helichrysum, Stœchadem citrinam, Gnaphalium, Pilosellam, Absinthium, Artemisiam, Abrotanum, Rutam, & alia nonnulla.

Crenæ sunt incisuræ in extrema ora folii, unde crenatum denominatur; quales cernuntur in Betonica, Alchimilla, &c.

Culmus, frumenti calamus à radice ad spicam. *The blade of any corn.*

Cyma æ, & *Cyma atis*. q. κύημα id est, partus novellus, qui prima germinatione producitur; est ipsorum caul-

caulium delicatior teneriórque cauliculus; & dicitur præcipuè de Braſſica. Verùm & in genere *Cymæ* ſunt cauliculi teneriores delicatioréſque ſcaporum, quos à prima ſectione præſtant.

Cytinus, flos mali Punicæ ſativæ: ſed & hic quoque balauſtium officinis dicitur, quibus cytini appellatio incognita eſt.

D

Dactylus, Palmæ arboris fructus. *A Date.* à ſimilitudine digiti. *palmula, caryotis.*

E

Echinus, aſperum & ſpinoſum caſtaneæ operculum; & in genere, quicquid numeroſa congerie aculeorum ſtipatur, ſive tegmen, ſive caput, ſive cacumen fuerit.

F

Fibræ ſunt 1. veluti ſtamina rebus nonnullis intexta v. g. arboribus, foliis, &c. 2. Sunt minutiſſimæ & extremæ radiculæ.

Flos, floſculus. *The flower.* A *Fungio* definitur *pars plantæ tenuior, colore & figurâ vel utroque inſignis, rudimento fructûs cohærens.*

Folium, definiente *Fungio*, *eſt quod à ſede cui adhæret, ità in altitudinem, ſive longitudinem & latitudinem extenditur, ut tertiæ dimenſionis termini inter ſe differant; hoc eſt, ſuperficies folii interna ab externa. A leafe.*

Folliculus eſt theca tenuis quæ granum vel ſemen continet involutum. *A cod or huske.*

Frit Varroni, quod in ſumma ſpica matura minus eſt quàm granum.

Fructus ſunt grandiores illi ac ſucculenti plantarum fœtus, ſeminum receptacula, ut poma, pyra, prunа, &c. à fruendo, ſed & latiùs extenditur nomen fructus ad omnem agrorum proventum, & à *Fungio* ità definitur, *Fructus dicitur pars plantæ annua, flori cohærens & ſuccedens, qui ubi maturuerit, id eſt, ad perfectionem ſuam pervenerit, ſponte à planta abſcedit, & terrâ aliâve commodâ nutrice excepta, novæ plantæ fit initium.* Angl. *Fruit.*

Fruges, Quicquid de terræ proventu in alimoniam cedit. Errant ergo qui diſcriminant legumina à frugibus.

Frumenta ſive *Frumentacea* Botanicis dicuntur, quæcunque geniculato culmo & arundinaceis foliis conſtant, ſeménque panificio & pultibus aptum in ſpicis aut jubis producunt, ut Triticum, Hordeum, Milium, Panicum, &c. Frugum enim duo ſunt ſumma genera, frumentacea ſc. & legumina. Cæterùm & ficuum grana illa exigua frumenta dicta ſunt *Plinio.*

Frutex eſt quod à radice plures emittit ſtipites, qui poſtea ſinguli in multos ramos ſparguntur, & non aſſurgit ad juſtam arboris magnitudinem. *A Shrub.*

Fundus plantæ, πυθμὴν, eſt limes communis in quo radix & pars ſuperna cohærent. *Jung.*

G

Gemma, in Phytologia, idem eſt quod *oculus* Angl. *A budde.* Id quod in arboribus tumeſcit, cùm parere incipiunt.

Geniculum eſt nodus quidam herbarum in caule. *A joynt or knot.*

Glans dicitur quod cortice conſtat cruſtoſo unicum tantùm ſemen continente; cujus pars poſterior quæ arbori adhæret proximè, calice cooperitur, parte ſuperiore nuda. *Spigel. iſag.* lib. 1. cap. 47.

Gluma, utriculus, folliculus grani ſeu involucrum ſeminum in frugibus, à glubendo, quòd eo folliculo deglubitur granum, *The husk or chaffe of any grain.*

Granum propriè ſemen frugum dicitur; indè generaliùs quicquid minutum eſt et ſimilitudinem aliquam habet cum grano frumenti.

H

Herba eſt plantæ ſpecies arbore frutice et ſuffrutice tenerior et mollior, quæ à radice folia profert antequam caulem edat. *An herbe.* In praxi medica pro foliis ſolis ut plurimum uſurpatur.

I

Internodium eſt intervallum inter bina genicula. *Fun.* quale in culmis et arundinibus cernitur. *The ſpace between two joynts.*

Juba, in Phytologia, eſt arundinacea coma laxè effuſa, qualis in milio eſt.

Julus, quod in Corylo, Juglande, &c. velut prælongus vermiculus dependet, & nihil aliud eſſe videtur quàm florum ſtamineorum ſeries. *A catkin, and in Willowes a palme.*

L

Lachryma eſt humor è plantis tum ſponte effluens (ſive is concreſcat, v. g. in oleum, reſinam, gummi, ſive non) tum facta inciſione erumpens.

Schrod. Spigelius lachrymam in eo distinguit à succo, quòd liquor, qui ex contusa herba exprimitur aut elicitur, succus vocetur, qui verò vel sponte, vel incisione dimanat, lachryma.

Lacinia est portio folii inter duas fissuras (fissura est profundior scissura) inclusa. *Jung.*

Lanugo, in Phytologia, est mollis foliorum aut fructuum lana, ut cydoniorum, &c. *Jun.* vel, ut Schroderus definit, filamenta tenella, cuticulæ extinctæ instar pilorum seu lanæ adnascentia, v.g. in Verbasco. *Downe.*

Legumen, legumentum, quicquid ex terræ satis in siliquis nascitur, ut Faba, Pisum, Cicer, Lentes; à legendo, teste Varrone, quoniam id non secatur sed legitur manu vellendo. *Pulse.*

Liber, interior tunica arboris ipsi ligno adhærens. *Jun.* Unde *liber* adhuc dicitur in quo scribitur, ex quacunque fiat materiâ; quia ante usum chartæ vel membranæ de libris arborum volumina compaginabantur. *The innermost barke of a tree.*

Loculamentum est camera quædam secluſa & distincta in seminum vasculis, uti videre est in capitulis Papaverum. *Jun.*

Locustæ, in Phytologia, sunt avenaceæ glumæ singulares cum seminibus ex longis filis dependentes, ob quandam similitudinem cum locustis dictæ. Extenditur hoc nomen etiam ad Graminum quorundam paniculas.

M

Malicorium, Mali Punici cortex.

Matrix arboris idem est quod ejus medulla sive Cor.

Medulla, in Phytologia, mediam cujuslibet partem molliorem ac præstantiorem refert, quam & cor matricémve appellant. *Merges,*

Merges, manipulus ſpicarum, quantus ſcil. ſemel inſtrumento meſſorio, mergo dicto, meti poteſt.
Mutica ſpica, quæ ariſtis caret, quaſi mutila.

N

Nervus, in Phytologia, quod prælongum filamentum et continuum folia perreptat, ut in plantagine, quæ indè quinquenervia et ſeptinervia dicitur.
Nucamentum, idem quod Julus, quædam ſcil. quaſi panicula dependens è ramis nucum. *A catkin or palm.*
Nucleus, veteribus *nuculeus*, id veſcum, quod ſub putamine nucis latet: et generaliùs, ſemen quodcunq; nucibus vel fructibus incluſum et occultatum. *The Kernell.*
Nux agriculturæ ſcriptoribus dicitur omne Pomum quod foris duro tegitur cortice, intus verò continet quod eſt eſui. *Macrob.* Hi nempe exiſtimârunt Pomum cum malo haud idem eſſe; ſed Pomi nomen nuces atque mala continere.

O

Oculus, Gemma, tuberculum in arborum ſurculis unde germinant, *A bud for inoculation.* Schroderus *oculos* exponit, florum prodromos, inque flores explicabiles.
Olus, quæcunque herba eſculenta, ab olla nomen ſortita, quòd in cibum veniat. *Fun. Holus* Julio Scaligero ab ὅλος, claro indicio priſcæ frugalitatis, quæ ad victum nihil obſonii ſibi deeſſe exiſtimaret, modò nè deeſſet olus. Hoc enim ὅλον eſt, ſicut et panis πᾶν. Joſ. Scalig. in *not. ad Varron.* olus deducit ab

oleo cresco, quòd translata in hortum ex agrestibus culta fiant. *Pot-herbs.*

Ossiculum, os penetrale fructuum carne contectum, in quo nucleus est, ut in cerasis prunísque. *Fun. The stone of a Plum, or Cherry.*

P

Palmula, Dactylus, caryotis. *A Date.*

Panicula, lanosa coma unde semen dependet, ut in Milio, Junco, Gramine, &c. seu. ut *Fungius* definit, *Spica laxè diffusa, præsertim propendentibus petiolis, ut in milio.*

Pappus, lanugo è floribus veterascentibus decidua & volatica, qualis in Carduis, Erigero, &c. cernitur. *Fun.* hinc herbarum classis pappiflora. *Thistle-down, and the like.*

Pecten arboris, linearum tractus qui in longum excurrit in materia seu ligno, cujusmodi in pectine conspiciuntur dentes. *The grain of the wood.*

Pediculus est à quo folium, aut flos, aut fructus dependet. *The stalk.*

Perianthium est quod florem tegit, et dicitur etiam calyx

Pericarpium, theca et involucrum seminis quodcunque, sive membranosum id sit, ut in vesicis Ulmi, Staphylodendro, &c. sive durum, ut in Castanea; sive carneum, ut in aliis multis.

Petiolus, idem est quod pediculus. *A stalk.*

Pomum generale nomen est, quo continetur omnis fructus arborũ esui aptus, sive molli corio tegatur, sive duro, nux scil. et malum. Nos, cùm arbores quasdam *pomiferas* dicimus, *pomi* nomen strictiùs accipimus pro fructu cujus caro esculenta, nec duro putamine includitur, nec osticulũ in se continet. *An Apple or Pear, &c.*

Pulpa est caro seu substantia fructuum succulenta, inter

ter corticem ac nucleum comprehensa; v. g. pomorum, cerasorum, et similium. Primariò significat, partem carnosam in corpore animalis.

R

Racemus, integra uva è multis constans acinis. *A cluster of grapes.* Ad alios etiam fructus extenditur, quæ uvæ in modum ex pluribus acinis sunt conglobati.

Radix, definiente *Fungio*, est pars plantæ inferior, quæ intra corpus solidius, quod Plantæ sedem præbet, abdita (sive illud terra sit, ut plerumq;, sive saxum, sive calx, sive arena, sive lignum, sive quodcunq; aliud) et alimento attrahendo destinata est. *The root.*

Ramus est in quem caulis dividitur, éstque velut brachium plantæ. *A bough.*

S

Samera, Semen est Ulmi. *Colum. l. 7. c. 6.*

Sarmentum, prælonga luxuriantis vitis præcipuè, sed et cujusque arboris aut fruticis virga, à sarpendo, quia tales plerumque resecantur dum arbores sarpuntur, id est, purgantur. *A long trayling branch.*

Scapus, caulis rectus in columnæ modum. *Fun.* Est enim Scapus ipsum corpus columnæ inter basin & epistylium, unde Angl. **Shaft.** Vel; *Scapus est pars caulis ramosi, qui à fundo ad cacumen unâ quasi lineâ extenditur, cui rami utrinque adhærent.* Jung.

Scobs, quod ferrâ de ligno deteritur. *Sawdust.* Sic etiam dicitur limatura, seu illa velut farina quæ limâ abraditur; à scabendo.

Semen, in Officinis minutiores plantarum fructus denotat, ex quibus simile nasci potest. *Schrod.*

Servia, ſertum è floribus, ſive paſtillus è floribus compactus. *A Garland. Fun.*

Siliqua, folliculus cui leguminum & ſimilium grana includuntur. *A cod or husk.*

Spadix, ramus Palmæ unà cum fructibus revulſus, indè color quidam ſpadiceus denominatur, viz. *Bay, or Cheſnut colour,*

Spica, eſt quod culmus extulit, continétque granum, glumam, & ariſtam. *An ear of corn.* Verùm hoc nomen latiùs extenditur: unde rectè à Jungio definitur Spica, quod ex floribus vel ſeminibus ſpiſsè compoſitum eſt, ità ut conus erectus, ſed oblongus, ſive admodum acutus, indè evadat, ut in Lyſimachia purpurea, Verbaſco, Plantagine, Luteola, Reſeda, Biſtorta, Secali, Hordeo, &c.

Stamina idem ſunt quod capillamenta, quæ ſic deſcribit Spigelius *Iſag. l. 1. c. 6. Sunt autem ſtamina in floris medio, quod umbilicus appellatur, partes oblongæ, tenues veluti capillamenta, interdum paulò craſſiores, paululum prominentes in ſummitate, apicibus frequenter præditæ, quæ ſtylum partem ſimiliter oblongam, ſed paulò craſſiorem, atq; è centro umbilici emergentem, ambiunt.*

Stirps, Planta firmitate prædita. *Fun.*

Stolones ſunt cauliculi inutiles è radicibus aut caudicis lateribus ſuccreſcentes. *Suckers from the root.*

Stylus, in Phytologia, eſt pars floris medium ejus occupans, & rudimento fructûs aut ſeminis cohærens. Dicitur ſtylus quia in longitudinem tenuem plerumque extenditur. *Fungius.*

Suffrutex eſt quod unicum ſtipitem illico ex radice emittit, poſt bina illa folia quæ cunctis ferè plantis ſtatim è ſeminis pulpa prodeunt. Ità Spigelius Scaligerum ſecutus. Quid ſi ità definiamus? Planta humilior, perennis, à radice non foliata, & ab imo ſtatim ramoſa; quales ſunt Satureia, Salvia, Ruta, Lavendula, &c.

Surcu-

Surculus eſt quod in ramis ſimplex aſſurgit, tenerum & exile, Eſt etiam ramulus novellus qui inſpicatur ad ſerendum. *A cyon or graff, or a ſmall twig of a tree.*

T

Talea, ſegmentum arboris vel ſurculus præciſus ab utraque parte, ut in terram inſeratur.

Termes, ramus ex arbore decerptus cum fructu. Propriè (ait Porphyr.) termes eſt olivæ, ut palmes vitis: Gellius tamen termitem appellat ramum Palmæ cum fructu decerptum. *Calep.*

Thyrſus, 1. Eſt quod virgulæ in modum aut in teli rectitudinem in plantis conſurgit, & interdum apud Botanicos cum ſpica confunditur. 2. Haſtula frondibus veſtita, quam ſolebant Bacchantes ferre.

Tomentum, lana brevis forpicibus deſecta, aut in poliendo à fullone de pannis rudibus aut interpolatis deducta, quâ inferciuntur culcitræ qualescunque. *Fun.* Hinc ad plantas transfertur quæ molli & lanoſâ comâ in capitulis eminente præditæ ſunt, ut Carduus tomentoſus, Gramen tomentoſum, &c.

Topiarium opus à topiis, quæ à funiculis nomen obtinuerunt, quibus frutices aut arbuſculæ tonſiles in animalium aut rerum hiſtorias luculenta varietate aſſimilatæ; religatæ multis hinc indè diſtinentur locis, torquentur, flectuntúrque, ad effingenda quæ ludunturrerum & animantium argumenta.

Truncus, caudex arboris ramis & frondibus deſtitutus.

Tubera præciſiori ſignificatu de ſolis dicuntur plantarum quarundam radicibus prætumidis, rotundis.

Turiones, tenella arborum, fruticum aut herbarum cacumina, quaſi teneriones; aut, ut Schroderus, tenerates ſummitatum ipſarum arborum quæ ſingulis annis creſcunt.

Verti-

V

Verticillatæ plantæ dicuntur, quia floſculi caulem articulatim veluti verticilli amplectuntur, foliolis interſperſis. Sunt autem verticilli inſtrumenta quædam rotunda, quæ fuſis adhibentur ut faciliùs vertantur: Anglicè *Wherles* dicimus.

Vimen, omne virgultum lentum ac flexile, ad ligandum aptum, à viendo, aut quaſi vincimen. *A bending wythe or twig.*

Vinaceum, granum acini, κόκκον. *A grape ſtone.* Vide Acinus. Accipitur etiam nonnunquam pro tortis uvæ expreſſæ reliquiis.

Virgultum, cremium, multitudo fruticum pullulantium: item germen cujus uſus ad cremandum. *Bruſhwood, or ſmall ſlender twigs.*

Vitilia, vimina, propriè quibus vites vinciuntur.

Umbella vocatur faſtigium pluribus longioribus pediculis in orbem circumactum, quale in Fœniculo, Aneſo, &c. cernitur, à ſimilitudine umbellæ ſeu galeri quo mulieres faciem à Sole arcent. Aliter è J. Bauhino. Umbella eſt floris ſeminisve veluti pedamentum, in plures diviſum longiores pediculos; qui ſimul ex faſtigio eodem orti in latius continuò radiantur: ſingulíque florem ſuſtinent in orbem circumactum. Demum è Jungio aliter. Umbella eſt extremitas caulis per multas ſubdiviſiones in coni inverſi figuram aptata, ut in Apio, Anetho, Fœniculo, & reliquis umbelliferis.

Umbilicus, 1. quod in pomis vel prominet, vel recondítur ab adverſa pediculi parte, 2. media pars floris unde ſtylus & ſtamina emergunt.

Unguis, pars ima folii roſæ albida.

Volva, Pomi medium in quo ceu loculo latent ſemina

Uruncus, quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti eſt minus quàm granum.

Utriculi ſunt ſeminum in frugibus involucra & operimenta, quæ trita & cribro excuſſa glumæ ſive acus dicuntur. Alias etiam ſignificationes habet, quas vide apud Lexicographos.

Capita

Capita, seu divisiones plantarum usitatiores.

Planta perfecta & propriè dicta communi sententiâ in *arborem, fruticem, suffruticem, & herbam* dividitur.

Arbores & frutices dividuntur in *semper virentes*, & quæ *foliis* sunt *deciduis*.

Arbores sunt vel,

1. *Pomiferæ*, ut Malus in genere sic dicta, Malus Arantia, Ma. Limonia, M. Citria, M. Punica, M. Cydonia, Pyrus, Ficus.

2. *Pruniferæ*, Per Pruniferas intelligo quarum fructus osseam nucem singularem obtinent, carne contectam esculenta: tales sunt Prunus, Malus Persica, Malus præcox seu Armeniaca, Cornus, Cerasus, Palma, Olea.

3. *Nuciferæ*, ut Juglans, Corylus, Castanea, Nux moschata, Pistacia.

4. *Bacciferæ*, ut Laurus, Morus, Juniperus, Buxus, Myrtus, Sambucus, & alia plurima.

5. *Glandiferæ*, ut Quercus, Robur, Ilex, Suber, Fagus, &c.

6. *Coniferæ*, ut Abies, Pinus, Cupressus, Larix, Cedrus, &c.

7. *Siliquosæ*, ut Laburnum, Arbor Judæ, Cassia.

8. Reliquæ his classibus non comprehensæ, quarum nonnullæ julos tantum proferunt, ut Betulus, Salix &c. aliæ in folliculis membranaceis semen inclusum habent, ut Fraxinus, Acer, Ulmus, Tilia, &c. nonnullæ fortè sunt infœcundæ, sub titulo *sylvestrium* censeri possunt.

Frutices sunt vel,

1. *Spinosi*, ut Berberis, Paliurus, Rhamnus, Grossularia, &c.

2. *Non*

2. *Non spinosi*, ut Genista, Frangula, Jasminum, Ligustrum, Vitex.

Possent & Frutices aliter dividi in *floriferos*, *fructiferos*, *scandentes*, &c.

Suffruticum una est familia, eáque non numerosa. Sunt autem ferè omnes odoratæ, ut Hyssopus, Lavendula, Satureia, Salvia, Polium, Abrotanum, Stœchas, &c.

Herbæ adeò numerosæ sunt, ut eas in certas classes distribuere quæ singulas comprehendant, ità ut nulla planta ad diversas classes pertineat seu revocabilis sit, difficile admodum & impossibili proximum sit. Usitatiora duntaxat capita proponemus.

Herbæ sunt vel,

1. *Bulbosæ*, ut Lilium, Narcissus, Tulipa, Hyacinthus, Crocus, Allium, &c.

2. *Tuberosæ*, ut Scrophularia, Battata, Asphodelus, &c.

3. *Umbelliferæ*, ut Fœniculum, Anethum, Pastinaca, &c.

4. *Verticillatæ*, ut Marrubium, Cardiaca, Menthæ quædam, Marrubium aquaticum, &c.

5. *Spicatæ*, ut Lysimachia, Veronica, &c. quæ omnes ferè ad verticillatas reduci possunt.

6. *Scandentes*, quæ vel aliis se convolvunt ut Lupuli & Convolvuli specialiùs dicti, vel claviculis se iis alligant: Suntque vel *pomiferæ*, ut Melo, Pepo, Cucumis, Cucurbita, Citrullus, &c. vel *leguminosæ*, ut Pisum, Ervum, Lens, Lathyrus, &c.

7. *Corymbiferæ*, ut Ageratum, Tanacetum, &c. vel. ut J. Bauhinus, Bellis, Calendula, &c. Alii aliter accipiunt *corymbi* nomen. Jungio *Corymbus* est extremitas caulis, ità subdivisa, et floribus aut fructibus onusta, ut sphærica figura oriatur, ut in Hedera arborea, Sambuco aquatica, Cepâ, Porro, &c.

8. *Pappifloræ*, Quarum flos in pappum abit, ut Dens leonis, Senecio, Tragopogon, &c. 9. Ca-

9. *Capitatæ*, ut Jacea, Scabiola, Stœbe, Serratula, &c.

10. *Campaniformes*, hoc eſt, quarum floſculi inſtar campanarum rotundi, in mucronem vel turbinatum conum deſinunt, ut Campanulæ, Digitalis, Rapunculus, Viola mariana. Harum plurimæ ſunt etiam ſcandentes.

11. *Coronariæ*, quæ propter florem expetuntur, et ſerviis ſive corollis nectendis inſerviunt, ut Armerius, Caryophyllus &c.

12. *Rotundifoliæ*, ut Aſarum, Cyclamen, &c.

13. *Nervifoliæ*, ut Plantago, Helleborine, &c.

14. *Stellatæ*, quarum folia caulem inſtar ſtellæ radiantis ambiunt, ut Aſperula, Gallium, Rubia, Aparine, &c.

15. *Cerealia, fruges*; comprehendunt *frumentacea*, et *Legumina*.

16. *Succulentæ*, ut Sedum, Telephium, &c.

17. *Graminifoliæ*, ut Frumenta, Gramina, Arundines, Iunci, &c.

19. *Oleraceæ*, ut Endivia, Spinachia, Beta, Braſſica, &c.

20. *Aquaticæ*, eæque in duplici ſunt differentia, vel enim circa aquas creſcunt, ut Perſicaria, Anagallis aquat. &c. vel ipſis aquis ſemper innatant, ut Stratiotes, Nymphæa, Millefolium aquaticum, &c.

21. *Marinæ*, ut Alga, Fucus, Androſace, &c.

22. *Saxatiles*, quo pertinent capillares, ut Filix, Adianthum, Phyllitis, Aſplenium, &c.

Tandem in genere Herba eſt vel,

1. Reſtibilis, à reſtando in terrâ, cujus radix perennis eſt, hoc eſt, per plures annos vivit, quàmvis caules et folia quotannis pereant.

2. Perennis, cujus caulis ſive ſtipes vel ſaltem folia perennant.

3. Annua

3. Annua, quæ non ultra annum durat, ſive vere, ſive Autumno ſeratur.

Poſſent adhuc plantæ variis modis aliter dividi, v. g. reſpectu radicum, caulium, florum, ſeminum, foliorum &c. quæ ulteriùs perſequi impræſentiarum noſtri non eſt inſtituti.

FINIS.